


76301

J. c 27 s. 2.

J c 27 s. 2

2289

DISCURSUS
MYSTICUS
ET
MORALIS
W. P. L. R. D. N. A. R. D. I
DE
PORTU MAURITIO
Omn. Mun. Struct. Ossat.



DISCURSUS
MYSTICUS,
ET
MORALIS.
R. P. LEONARDI
DE
PORTU MAURITIO
ORD. MIN. STRICT. OBSER.

DISCURSUS

MYSTICUS

ET

MORALIS

R. P. L. BONARDI

DE

PORTU MARTHIO

Ord. Min. Sacerdot. Q. 1. 1.

DISCURSUS
MYSTICUS, ET MORALIS
Ad

Continendos in sacro foedere,
& uniformi Pœnitentiæ Sacramenti
Administratione Confessarios
institutos,
Italicè conscriptus

à R. P. LEONARDO
DE

PORTU MAURITIO,
Ord. Min. S. P. FRANCISCI Strict.
Obs. Refor. Lectore, & Missio-
nario Celeberrimo,
Latinè redditus.

à quodam ejusdem Instituti
Sacerdote.

EDITIO TERTIA IN GERMANIA,
cui accessit Epistola S. FRANCISCI SALESI
ad suæ Diœcesis Curatos.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

LABACI,
Typis, & sumptibus Joann. Georg. Heptner,
Incl. Prov. Carn. Typogr. Anno 1762.

IN-030026331

Imprimatur.

CAROLUS PEER,
SS. Theolog. Doctor, Cano-
nicus, Celsissimi Principis,
ac Episcopi Labacensis Vi-
carius Generalis. Die 2.
Septembris 1761.

76301



S. 29. II. 1947/8294
FZC

MAJESTATI SUPREMÆ
VERBO INCARNATO
FILIO DEI UNICO
Pastori Animarum Universali
CHRISTO JESU.

Non vereor, offerre Tibi
Rex Gloriæ supreme! te-
nue rudis discursûs do-
num, Tibi, inquam, qui infi-
nita inter, quibus coronaris, de-
cora, nulla jucundiùs, ac Pasto-
ris boni gloriaris prærogativâ:
Ego sum Pastor bonus. Et verò
omnes solliciti cordis nervos Pa-
storis instar Dulcissimi intendis,
ut animas ad ovile reducas. Hunc
in finem per os Jeremiæ Pro-
phetæ

phetæ promifisti Te miffurum Ec-
 clefiæ tuæ Pastores fecundum cor vi-
 tuum, qui verà eam scientiâ pas-
 cerent, & doctrinâ. Dabo vobis
 Pastores juxta cor meum, & pas-
 cent vos scientiâ, & doctrinâ Je-
 rem. 3. 15. Ast: Eheu! Sanctam
 animi tui consilia haud felicem in nô-
 Pastoribus omnibus sortita sunt ce-
 exitum; nonnulli quippe, non si-
 ne exempli pravitate in liberioris ad-
 vitæ campis oberrantes, otio de-
 diti, omnique zelo vacui, non m-
 docent, quæ sciunt; & alii scien-
 tiâ carentes debitâ, docent, quæ do-
 nesciunt, animabus pascua non to-
 minùs inutilia, quàm nociva por-
 rigentes. Et cùm sacrum Confes-
 sionis Ministerium, ac Directio
 Animarum sit Ars artium, no-
 lunt hi intelligere, ad efforman-
 dum dignum Pastorem seu Confes-
 sarium,



Confessarium, secundum cor tuum Divinum
vinum, necessarium oppidò esse,
ut vera adminiculante prudentiâ
ars reducatur ad praxim, & pra-
xis ab arte, solidâ dirigatur do-
ctrinâ. Ecce! ante Te gemitus
meus non est absconditus, & Tu
in nōsti causam ejus! quod sæpe di-
cebam, nunc flens dico; in mul-
tis nostri temporis Confessariis non
advertitur scientia, non zelus,
non prudentia; atque ideo ani-
mæ, quæ vitâ, & sanguine Tuo
stetere, fame pereunt, subtractis
doctrinæ alimentis, fraudatæ, &
toto Cœlo aberrant Duce pruden-
tiâ orbatae.

Patere itaque Pastor divine!
ut ad subordinatorum utilitatem
Pastorum simplicem hunc, malé-
que textum Manibus Tuis non



imprimam tantum, sed & corda mi
Tuo immergam Discursum, ut ma
Te benedictus, qui omnium Dis T
pensator es bonorum largissimus. ob
manus, & corda nostri ævi Con f
fessariorum subeat, eorum ma &
ximè, qui sacris Missionibus dant A
operam, ut, ita sacro sociati foe ca
dere, unius sint labii, & cordis in
in dirigendis animabus tanto à Te
opere dilectis. Benedic! obsecro.
Benedic JESU amabilissimè! fac,
ut quot Verba hoc in discursu so
nant, tot radii de vultu Tuo ex
eant ad collustrandos veritate le
gentium intellectus, tot flammæ
è Cordis Tui Æthna profiliant,
ad accendendas ardore Apostolico
Confessariorum voluntates.

Benedic tandem manibus, lin
guæ, & cordi Ministri Tui mini
mi,



mi, ut totus ardeam, & absumar amore Tui, idque mihi per Te DEUS totius consolationis obtingat solatii, ut videam Confessarios, & poenitentes justos, & peccatores ambulare vias rectas. Ah! cum & in gratia tua cognoscant Te! ament Te: Omnes hinc in via! ut in gloria, Te cognoscant! Te ament æternum in Patria.

A M E N.



Ad Lectorem.

EN fasciculum florum, Veritatum quarundam moralium è variis Authoribus decerptarum! Flores sunt iidem, quos variis in locis sparsi, illósque alibi videris. Fasciculus alius est; id duntaxat posco, ut benignò illum nunc intueâre oculò, ac nitida cordis simplicitate contentas in eo Regulas prehendas. Ne sty-lum sublimem, & grandiloquum hoc in discursu quæras, nec peregrinas, nunquamque auditas degustare cupias notitias, veritati, quam nudam perspicuâmq; exhibeo, ùt plurimùm inimicas; quod si veritatem manu palpa-veris, teneto, ne oculis, manu, mente elabatur. Ingens sanè malum Confessarie Tyro! cui soli scribo, in caput tuum congeres,

si cursûs tui initio pedem in recto
 non posueris tramite; summa tua
 equidem, quam pro tribunali se-
 dens sustines, dignitas est, sed
 non minus in foribus periculum
 est, tuæ scilicet, aliorûmque sa-
 lutis æternæ, si muneri tuo desis.
 De te dictum: *Mors & vita in ma-
 nu linguæ.* Prov. 18. 21. quem-
 admodum enim baculus Prophe-
 ticus in manu Elisæi animabus
 vitam, in dextera verò Giezi mor-
 tem afferebat, ita in manu seu po-
 testate linguæ tuæ est multorum vi-
 ta, si bene, mors tua, aliorûm-
 que, si male officiô functus fue-
 ris. Per salutem igitur animæ tuæ,
 proximorûmque tuorum te obse-
 cro, veritates hæc attentius le-
 gas relegâsque; verûm non cur-
 sim, sed pedetentim, sed mente
 sedata, ut veritatem profundius
 pene-



penetres ; & spero , fore , tibi ut
lumen splendeat , quo difficulta-
tum inter rupes aditum invenias.
O utinam ! tenui hocce opusculo
vel pauxillum saltem utilitatis af-
ferrem Collegis meis , iis scilicet ,
qui à sacris , multo irrigui sudore ,
sunt Missionibus ; tum enimverò
multorum salutem in tuto collo-
catam plauderem , cùm unicus
etiam Confessarius bene instructus
tantùm valeat , quantum devian-
tes mille animæ in semitam re-
ductæ. Tu saltem Confessarie Ty-
ro ! solidum hoc libellô profectum
capias , & consolationem meam
duplô augebis , dum à te regulis
ministerio tuo congruentibus bene
imbuto certam multorum vocatio-
nem redditam conspexero , quam
& mihi , & tibi Deus concedat ,
cui æternum vivas.



TYPOGRAPHUS

LECTORI NEO-CONFESSARIO.

DUO opuscula italicè olim edita subinde, ut pluribus prodesse, latinitate donata, & Anno 1749. Augustanis typis publici Juris facta, Neo-Confessarie! conspectui eò libentius sisto, quòd hisce in oris, ceu paucis tantum cognita, suam, quam in se continent, utilitatem in multos diffundere nequiverint.

In prima quidem tituli facie legis, Authorem esse P. Leonardum à Portu Mauritio ex Ordine S. Francisci Strict. Observantiæ: verum dum Eum legis, cogita Virum esse ex omni Virtutum genere celebrem, Sanctitate vitæ illustrem, signis tam ante-quàm post obitum editis clarum, qui Divini amoris Igne, & charitatis in proximum zelò totus ardens, per 44. Annorum decursum, per Corsicanam, Romanam,



Toscanam, Januensem, Boloniensem
Regiones trecentis, & amplius mis-
sionibus stupendâ, ut vitæ Ejus Ro-
mæ editæ scriptor testatur, patientiâ
incumbens ingentem animarum nume-
rum DEO lucrificet, ac demùm
Anno 1751. die 26. Novembris lu-
gentibus cunctis, lugente quoque Be-
nedicto XIV. eo tempore Sacram Pe-
tri Sedem tenente è hujus vitæ labori-
bus meritorum suorum præmia conse-
cuturus ad Cælos evolavit.

Hunc virum in Apostolico munere
tanto tempore probatum, in dirigen-
dis, ac convertendis Animabus præ-
primis commendatum si cogitaveris
esse Auctorem horum opusculorum,
conjicere fas mihi est, te vel unica hac-
te reflexione satis alliciendum fore, ut
lubenti animo legas, & securis eorum
doctrinis, ac monitis in sacro pœniten-
tiæ Tribunali omni conatu, & fer-
vore insistas.

Fr.



Fr. Petrus Paulus de Cirignola
Strict. Obs. S. P. Francisci Lector
emeritus, Ex-Provincialis, olim
Procurator Generalis, & in hac Cis-
montana Reformatorum Familia
V. Commissarius Generalis
& Servus.

Dilecto nobis in Christo ad-
modum R. P. F. Leonardo de
Portu Mauritio Lectori, ac Concio-
natori nostræ Reformatæ Provin-
ciæ Romanæ salutem, & sera-
phicam benedictionem.

CUM juxta Apostolicas nostrique
Ordinis Constitutiones de man-
dato nostro idonei Censores opus
quoddam à te elaboratum, cui ti-
tilus est: *Discorso Morale, e Mistico*,
recognoverint, illudque ab ipsis re-
visum, & approbatum fuerit. Nos
præsentium tenore, cum salutaris obe-
dientiæ meritò Tibi facultatem im-
pertimus, quatenus servatis de reli-
quo



quo ſervandis idipſum Typis man-
dari poſſis & valeas. Datum Romæ
ex noſtro Conventu S. Franciſci ad
Ripas die 15. Maji 1737.

Fr. Petrus Paulus de Cirignola
V. Commiſſarius Generalis.

de mandato ſuæ Paternitatis Reverend.
F. Franciſcus Antonius à Cirignola
Secret. Gener.

imprimatur

Si videbitur Reverendiſſimo Patri ſacri Pa-
latii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Episc. Bojan. Vicesg.

imprimatur

Fr. Joachim Pucci
Sac. Thl. Mag. & So-
cius Reverendiſſimi
P. Sac. Pal. Apoſt.
Mag. Ard. Præd.

Boni-



Bonitatem , & disciplinam
& scientiam doce me.
Psal. 118.



Pulchra sanè petitio ! quam r.
Regius Vates ad Deum di-
rigit, non is honores flagi-
tat, non voluptates, non
delitias precatur, sed *boni-
tatem duntaxat, prudentiam, & doctri-
nam* postulat. *Bonitatem & disciplinam,
& scientiam doce me.* Non absimilis huic
est illa trium panum postulatio *Luc. 11.*
v. 15. ad amicum pro alenda familia fa-
cta: *Amice commoda mihi tres panes.* Omni
siquidem personæ DEO sacrae, supra quam
dici potest, necessarii sunt panes bonita-
tis, prudentiæ, & doctrinæ à Deo quo-
tidie

tidie quolibet Confessario flagitandi, ut integrè suum valeat obire munus. Excelsum namque, excelsum, inquam, nobile, & quasi Divinum est Confessarii officium, quod unicè ad intentandum Inferno bellum, replendùmque animabus paradisum à Deo est ordinatum. Nòsse sufficiat, quòd Apostolus 1. Cor. 3. 9. ut vobis auctoritatem, & amorem in Ecclesia DEI conciliaret, fronti Ministerii vestri hæc maximi momenti verba inscripserit: *DEI Adjutores sumus*; nec abs re dici potest, Confessarium quemlibet aliquo modo esse *Coadjutorem DEI* in sanctificatione animarum, cùm proximè ad infusionem gratiæ cooperetur? & quia instrumentum est operis adeò Deo gloriosi, quantam habet gaudendi materiam de effectu, tantam & timendi, ne in administratione culpam admittat ullam. Qui enim tribus istis panibus est destitutus, officium non exercet reverentiâ debitâ, aut in fidelitate deficit, aut sua negligentia fructum non colligit, aut) quod vel cogitatu horrendum est) suâ malitiâ Religionem profanat. *De isto Loco periculosa redditur ratio*: de sede Episcopali Augustinus dicere solebat; verùm idem justissima ratione applicari potest Confessionali: De isto loco periculosa redditur ratio. O! quot Sacerdotes, qui nunc ustulantur in inferno, pulcherrimâ DEI facie gauderent,

si nunquam Confessionalis sedem tenuissent.

Discursus præsens eò tendit, ut quotquot sumus Confessarii, arctò sociemur scedere, labiique simus unius in administratione Sacramenti Pœnitentiæ, nos invicem efficacius hortantes, ad bene exercendum officium illud, quod prope Divinas exigit in Ministro qualitates.

Quoniam verò sublimes adeò conscendere gradus non omnibus datum est, jugem ad minimum demus operam, tres illas acquirendi qualitates, quas sollicitus à DEO precibus poposcit David, *Bonitatem, Prudentiam, & Doctrinam*; tres hæ pulcherrimæ dotes sermocinationis nostræ erunt materia; si enim quivis nostrum bonam de his tribus panibus provisionem fecerit, Proh! quantum animabus fidelium commodum! quanta Deo gloria! quantus spiritui quoque nostro fructus adveniet! Ordiamur.

Primus Panis adeò necessarius omni Personæ Deo dicatæ, multò magis Confessario, est Panis *Bonitatis*. Ecce! primum mobile vitæ Ecclesiasticæ est Bonitas, cum medium ad persuadendam efficacius bonò exemplò sit nullum; homines quippe id facilius credunt, quod oculis, quàm quod auribus percipiunt, sibi que persuadent agendum id, quod ab eo, qui præsidet, & regit, agi conspiciunt, juxta illud
Gre-

Gregorii past. Cura p. 2. c. 3. *Illa namque vox magis cor penetrat, quam dicentis vita commendat.*

Et quidem bonitas ista non solum consistit in eo, quod quis nullo gravi inquinatus scelere vitam agat in gratia sanctificante constitutus, sed virtutes exerceat, est necesse, totus pietatis operibus, & ardenti salutis animarum zelo intentus; sanè, si Confessarium reperio, qui non solum gratiâ habituali sanctificante decoratus, sed & zelô animarum ignescens totus in reducendis ad Deum peccatoribus incumbit, de invento mihi pretiosissimo gratulor Thesauro. Verum, quod sæpe dicebam, nunc autem flens dico: cernitur eheu! inordinata multorum vita, qua excelsum Ministerium nostrum populo contemnendum exponunt; &, quod deplorandum magis, non exhorrescunt quidam etiam in statu peccati mortalis, vel cum dubio practico pro sacro tribunali sedere. Jam, quis non videt, tales juxta communioem sententiam tot committere sacrilegia, quot absolutiones poenitentibus impertiunt, inferni claustra sibi eò ipsô locô refringentes, quo aliis feliciter Paradisi fores aperiunt.

3. Irrefragabilis Angelici Doctoris 3. p. q. 64. art. 8. ad 1. sententia est: non sufficere in Confessario, qui in administratione sacramenti Poenitentiae instar instrumenti

menti animati movet se ipsum, & DEO, ceu causæ principali cooperatur, non inquam, sufficere, quòd sit in gratia, ad hoc, ut sit utilis Minister salutis peccatorum, sed in omni virtutum genere se exercere debet; quia Confessarius tepidus, & distracti cordis, qui non habet exercitium Orationis, & mortificationis, non nisi languidè suum obit munus, nec verba ejus charitate erunt accensà, nec correctiones ejus zelò animatæ, minùs consilia illius authoritate quadam suffulta. Et fortassis haud justum judicium vel absolvendo indignos, reosve non admonendo, aut dissimulando multorum contumaciam. Verbò: obmutescet in Divino illo tribunali omni destitutus animò corrigendi culpas illas, quarum propria reum arguit conscientia; indèque oritur inter pœnitentes rumor, Confessarium talem ad peccata omnia, sive hæc sint injustæ damnificationis, sive voluptatis venereæ, aut lusùs prohibiti, altum filere, quo percepto plurimi ad eum convolant; Confessionibus sacrilegis miserè conscientiam implicant, sat supérque hoc factò demonstrantes, nullum iis esse firmæ emendationis propositum, cùm data operà Confessarium exquirant, qui nullum eos ad meliorem frugem reducendi conatum adhibet; atque ita libris Divinæ justitiæ in-

inscribuntur sacrilegia pœnitentium, ut de Confessarii tergo eidem satisfiat.

Quantò satius eis fuisset, nunquam manum ad absolvendum extendisse? cum absolutiones illæ ipsummet Confessarium unâ cum absolutis fortius illigatum teneant, Dixit Christus Judæ: Væ! homini illi! per quem Filius hominis tradetur; bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille; & idem asseverari potest de Confessario, tot animas æternâ secum ruinâ involvente: *Bonum erat ei, si Confessarius non fuisset*; Verissimum quippe est Spiritûs sancti effatum Matth. 26. v. 24. *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?*

Non indignemini proinde Confessarii charissimi, si vobis suggeram, quod non semel sæcularibus Missionis tempore inculcavi, scilicet, ut ad renovandum spiritum, & serenandam conscientiam vestram Confessione Generali noxas, & negligentias vestris expietis. Res sanè id momenti est maximi, unicéque confert ad procurandam pacem, securâque mortis reddendam horam.

4. Credo equidem jam expiatis conscientias vestras exomologosi generali; quòd si tamen hæc à vobis fuisset neglecta, totâ spiritûs libertate inclamarem: facite, obsecro, facite Confessionem Generalem, unicum ad conciliandam animæ quietem
reme-

remedium , cujus principale fundamentum est vitæ bonitas, quæ primus est Panis , & necessarium Personæ DEO dicatæ alimentum.

Quòd si Confessionem Generalem haud necessariam judicetis , facite saltem extraordinariam quandam Confessionem , in qua obligationes particulares statûs vestri accuratius examinetis ; & hunc in finem Methodum brevem vobis & claram suggero , hisce verbis expressam : *Declina à malo , & fac bonum.* Conscientiam proin vestram discutiat , velim ; an minimam etiam scandali umbram devitandò , impleatis præceptum illud : *Declina à malo ?* quàm turpe foret , si de eorum essetis numerò , de quibus Propheta Psal. 36. v. 27. *Sicut populus , sic sacerdos ;* sunt enim nonnulli , qui adeò comptuli , & mundani in publico comparent , ut non Christi , sed Veneris , & Dianæ videantur esse Ministri ; nec erubescunt impudentioris esse oris , vitæque licentioris , ac sæculares ipsi. Ubi ludi , cantus , choreæ , ubi repræsentationes theatrales , sine rubore se insinuant , plus certè scandali præ omnibus præbentes , cernuntur in Ecclesiis cachinnis , risui , & inutili garritui vacantes ; verùm , eheu ! cogor multa premere silentiò manantibus tamen oculis cum summo sacerdote S. Gregorio

gorio fufpiro : *Nullum magis præjudicium, quàm à sacerdotibus suis toleratur DEUS.*

Primò igitur locò in examen vocate, quo vos modo in recitando Divino officio geratis ; & fi obligati eftis accedere chorum, recogitate, an debitam asterifcò notatam fervetis paufam ? an verò verba deglutientes, & curfim ad aliud non attendatis, quàm ad præcipitanda verba, folum finem, & initium recitantes ; mente recognofcite, qua devotione Miffam faciatis, qua reverentiâ, modeftiâ, & recollectione ? an ad amuffim præfcriptas obfervetis rubricas, cruces, genuflexiones, cæremonias, decenter grande adeò immolantes facrificium ?

5. Verùm eheu ! quantas hodie confpicere eft fæditates ? & abominationes in loco fancto ? Vefperi chartis, & aleis non pauci ludunt, & mane videntur, ad altare capillis promiffis, aut adfcitis superbientes, calicem & patenam confecratam tractare in gyrum per aërem circumagere hoftiam confecratam, quafi quodam chartarum glutinatarum fragmento ludum facere veilent. Profectò non abs ratione Joannes de Avila facerdoti cuidam negliger adèò Divina Myfteria facienti in aurem dixit : *Tractes aliquantulum melius Dominum iftum, quem manibus tennes ; eft enim Filius boni Patris.* Eheu ! tremit lingua in memorandis deformitatibus

ribus illis. Ah! quoties, dum tremendis sacris operatur sacerdos, dici de illo auditur: Videte! is, qui celebrat, potator est insignis, palmam omnibus in Bacchi officina præripit; venator est nulli secundus: lusor est, omnes longo post se intervallo relinquens. Nonne heri in taberna potu maduit? nonne in familiari nupera conversatione joculari egit? genialis est oppidò, festivique sermonis, ac perfacetus. *Eheu! heu!* (plango cum D. Bernardo) *Domine! quia ipsi sunt in persecutione primi, qui in Ecclesia Dei videntur gerere principatum.* Scio equidem perbellè multos sanè religiosioris vitæ numerari; sed nec me latet, ob unum solum malæ notæ sacerdotem non rarò omnes despectui haberi, ac sacerdotii honorem deperdi; patiamini igitur, ut obligationum suarum immemori in aures intonem: Declina à malo Charissime! declina à malo.

Et fac bonum. Non sufficit, ut sacerdos sibi soli bonus sit, sed & aliis exemplò, doctrinà, opere, & consiliò sit auxilio est necesse. Si indecens planè est lapides Ecclesiæ destructæ ad alios usus, quàm ad alterius Ecclesiæ structuram deputari, majori sanè ratione sacerdos Deo sacrorum Ordinum impressione consecratus, totus Dei servitio, rebúsque Divinis deditus sit oportet. Conclave illi
sit

fit instar Ecclesiæ , libri sint scripturæ sacre , negotia , subvenire egenis , cathechizare rudes , administrare Sacramenta , atque ut recto omnia fiant ordine , tempus bene est distribuendum , horæ certæ studio præprimis moralis Theologiæ deputandæ , ac inviolabili lege figendum tempus lectioni librorum spiritualium , Examini conscientiæ , & Orationi impendendum. Summatim vitam vivere debet ad regulas supernas compositam , non quasi in incertum pugnans , aut aërem verberans.

Prætereà duo sunt poli , in quibus tota sacerdotis vita vertatur , est necesse. Oratio nimirum , & mortificatio. Quoad mentalem orationem , quæ paucis aliud haud dicit , quàm seriam recogitationem grandis negotii æternæ salutis ; non importunus postulator adero , si dimidiam saltem horam eidem tribuendam , exigam. Profectò si vos egenus quispiam aureos quàm plurimos in flumen projicere cernens , dimidium saltem aureum DEI amore sibi conferendum supplex peteret , haud preces ejus censi deberent immoderate ; atque eò planè modò , cum aureum tempus à vobis otio , jocis , inutilibusque distractionibus aliis perdi , lugens cernam , non gravamen vobis me ullum allaturum credo , si mediam horam meditationi dandam poposcero , & quidem
non

non pro me, sed salute animæ vestræ. Si in majoris momenti litem in judicio dirimendam vocaremini, an, ut ne eâ caderetis, impendere horam tæderet? jam obsecro, quæ majoris indaginis lis excogitari potest, ac dum de anima æternum aut servanda, aut perdenda agitur? firmum proinde vobis, fixumque sit, diebûs singulîs mediam horam pensitando maximo salutis vestræ consecrare negotio, ut animas vestras in tuto collocetis.

Cæterum nunquam optatos processus habebit Oratio, si abfuerit mortificatio. Beatus vir, qui inventus est sine macula, & in via peccatorum non stetit! non de hoc mihi sermo est; Verum, qui peccavit, & habet aures audiendi, audiat. Pœnitendum est hic, aut ibi. Corpus nostrum, quod effræni impetu in illicitas ferebatur voluptates, nôsque in tantam peccatorum voraginem egit præcipites, illud, illud luat, est necesse. Lusor infelix perditis nummis stultè in paginas lusoris effervescebat, eas lacerandô motam sedaturus bilem; Verum nos prudenter omnino desæviamus in corpus, scedam ingentium malorum scaturiginem. Parens noster Seraphicus dicere solebat: eum, qui corpori suo non negat subinde licita, certò tractu temporis eidem illicita concessurum; & ah! luctuosa nimium quantum id nos docet experientia! Ma-

Et igitur ! generosæ mortificationi manus
admoveantur, incidantur liberiores effra-
nis corporis alæ, claudantur oculi, mu-
tescat lingua, gula jejundet, sensusque
cruci figantur omnes, & dulces interioris
pacis persentiscemus fructus. Corpus
meum castigo, & in servitutem redigo,
dicebat Apostolus virtutibus cunctis re-
pletissimus; & nobis anne otio, & incer-
tia torpendum?

7. Porro, quod Clericos ad discursum
quoque nostrum vocatos attinet, duo iis
duntaxat verba suggerenda habeo. Vos
igitur compello, an inter sacerdotes Chri-
sti locum occupare anhellatis? verum,
quod fuit motivum impellens ad sacrosan-
ctum hunc statum amplectendum? fortas-
sis à genitoribus vobis dictum: vitam sa-
cerdotum sæcularium, omnium omnino
esse optimam, utpote à contentionibus,
& rixis cum uxore, & familia vacuum,
& à rigoribus, & austeritatibus claustra-
libus immunem, integrum his esse genio
indulgere, fortunatum vitæ cursum am-
bientibus, viæ huic à plurimis honorum
titulis laureatæ insistendum, sacerdotem
sæcularem multa suis bona procuraturum,
egenæ domûs levaturum angustias, dotem
sororibus aucturum, ac pro illis pinguio-
ris connubii texturum fœdera. O mise-
ram, & deplorandam sortem vestram!
aut finem perversum aut viam mutate;

finis primarius amplectendi Sacerdotii debet esse, ut quis totaliter se Deo consecret, dediceret servitio Divino, & grande salutis æternæ negotium in tuto ponat; aliàs iter ad sacerdotium plana erit vobis via ad præcipitium æternum. Et quid? viresne sufficientes vos habere creditis ad grave adeò sustinendum onus, præcipuè ad servandam castitatem integerrimam? quàm portentosum est videre Juvenem pessima turpitudines abominandas committendi consuetudine imbutum, citatis passibus ad injicienda sibi perpetuæ castitatis vincula convolare. O Superi! equidem quando quis simplici castitatis voto se obstrinxit & ob malum habitum se continere nescit, ad obtinendam dispensationem ineundi matrimonium sufficit dubium in pœnitente, & in Confessario timor probabilis emendationis nunquam affuturæ; ast ô rem monstrosam! Juvenis clericus peccaminosô infectus habitu audebit voto solemni se onerare, quod portam dispensationis eidem in perpetuum occludit? quæ ista temeritas?

Ad vos nunc ô Confessarii! sermo dirigitur; non ea mihi mens est, ut provolutum ad pedes vestros Clericum talem, specialibus doloris signis stipatum, indignabundi repellatis; quin potius assero, nec quidquam obstante malo habitu, eum absolutione donandum, quando is Divi-

næ adjutoriò gratiæ sperat emendationem, & præsentem affert voluntatem amplectendi media ad eam consequendam necessaria, signaque simul non obscura doloris commonstrat specialis; stantibus enim hisce conditionibus satis est ad recipiendam absolutionem dispositus. At verò, ut clericus mala laborans consuetudine, Ordines valeat suscipere sacros, non sufficit firmum haud amplius peccandi propositum; sed requiritur, ut ordinandus credat sincerâ, & bonâ conscientiâ, quòd Divinâ adjutus gratiâ malum sit extirpaturus habitum, vitamque seriò emendaturus; & quamvis credulitas ista non sit necessaria ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ (titubante enim intellectu circa emendationem futuram, voluntas potest esse ad eam amplectendam pronissima) requiritur tamen, ut quis sacros queat suscipere Ordines; aliàs ordinandus statueret amplecti statum, in quo credit se obligationes suas non expleturum, adeoque volet humeris suis imponere onus, cui portando se cognosceret imparem, stante contracto malo turpitudinum habitu, atque ita cupiet infinitis se contaminare sacrilegiis; Quis amabò, dicet, unquam similis luti hominem promovendum esse ad ordines sacros? & dum à voluntate eos suscipiendi non desistet, quâ poterit ratione absolvi? C

Confessarii ! attendistisne unquam seriò ad hanc veritatem ? experimentum in posterum capite , & quando putridis malæ consuetudinis plagis foetidi ad pedes vestros provolvuntur clerici , dicite illis perspicuè : Frater mi ! non sufficit , quòd nunc promittas mihi te haud ampliùs peccaturum , sed magnam tibi ad extirpandum vitiosum habitum inferas violentiam , est necesse ; ita quidem , ut sincerè credere possis , subsecuturam veram cum Divinæ gratiæ adjutorio emendationem. Intereà consilium meum exequàre , priùs quàm ad sacrum promoveàre Subdiaconatus ordinem , & majori ratione , si es Diaconus , antequam Sacerdotiò initieris , experimentum de te ipso uno aut duobus annis capias , an vivere cupias , an vivere castus valeas ; vim tibi facias , & vide , an post captam dicti temporis experientiam facilis tibi prædicta vera pia & sincera credulitas videatur. Quòd si postea consilio obsequi detrectet , & malo onustus habitu junctâ credulitate impotentiae se continendi , ad Ordines sacros promoveri velit , eum sine absolutionis concessio beneficio seu incapacem dimitte.

Misera sanè , & excæcata Juventus ! audi verba oris mei ! si animus non suggerit , tenendum in futurum castum pudicæ vitæ tenorem ; vita haud vobis convenit Ecclesiastica , & collare illud , quod colla

ambit vestra, in ignescens migrabit fer-
rum, ea ipsa per totam æternitatem in sul-
phureo exusturum stagno. Penitius hæc
revolvite.

8. Bonitas vitæ est Panis oppidò necessa-
rius Ecclesiastico. Verùm sine pane pru-
dentia linguebit Ministerium Confessarii,
cùm prudentia sit (ut ita dicam) anima
ejus; ideoque princeps meritò Discursus
nostri erit objectum. Prudentia (non illa
sæculi, seu mundi hujus, quæ in astutiam
degenerat, estque sacrâ DEO persona lon-
gè indignissima,) prudentia, inquam, est
virtus nobilissima, quæ dirigit hominem
ad operandum debito modò, tempore, &
locò convenienti. Partes ejusdem essentia-
les sunt circumscriptio, & cautela; actus
verò principales: scire bene consulere, &
judicare. Porro Prudentia hæc obtinetur
à Deo non studiò solo, sed potius lacry-
mis, & oratione, & Confessarius tria offi-
cia Judicis scilicet, Medici, & Doctoris
sine vera prudentia à lumine superno di-
recta, nunquam debita integritate obibit.

Verùm equidem est, quòd Confessarius
quà Judex nullas condendas habeat leges;
quin potius jam latis, ne limites harum
transiliat, se conformare debet; & ideo si
pœnitentem juxta leges dispositum inve-
nit, eundem absolutione sacramentali sol-
vit, si non, eum ligat, aut ligatum, prout
invenerat, relinquit. Verùm, quia in foro
sacra-

fer sacramentali exercet iudicium emendati-
ful- vum, longissimè diversum ab aliis iudiciis
hæc communibus, & coactivis, maximâ sanè
ad finem hunc, qui est emendatio rei, asse-
qua- quendam opus est prudentiâ. Impruden-
tia profectò periculosus est scopulus, ad
quem major pars Confessariorum allisa fu-
nestum patitur naufragium; atque ut in
praxi oculis id usurpetis, cernite, quæso,
Confessarium illum, qui præceps, & in-
consideratus, aut tædiò, aut festinatione
victus, aut multos absolvendi cupidus,
non finit pœnitentem, conscientiam suam
expectorare; sed impatiens eum compel-
& lat: habésne adhuc aliquid? subitò, subi-
tò, restatne quidpiam? atque hoc proce-
dendi modò medietatem peccatorum miser
& omittit pœnitens.

Alius Confessarius vix fœtidum quod-
piam peccatum, aut quod aliquid monstro-
sum præferre videtur, audit, & mox in
clamores erumpit: O quæ bestia! quis dæ-
mon! &c. &c. sicque constringit cor pœni-
tentis, non sinens humorem exire peccan-
tem.

Iterum alii sciscitantur ex pœnitentibus
curiosa, vana, & inutilia, & scire volunt
negotia domûs, officinæ, & vicinæ, & sub-
inde cum mulieribus (ut ajunt) devotis
tempus perdunt; taceo, quòd nimia mu-
tui affectûs teneritudo Confessarium peri-
culo exponat; rident, garriunt, discursus

lætiores miscent, ac sacram Confessionalis ple
 sedem in conversationis, & inutilis garridie
 tus theatrum convertunt, non sine admira
 ratione expectantium, & læsione conscien
 tiæ Confessarii, violantis præceptum Ri
 tualis Romani, quod in sacro tribunali de Ju
 non pertinentibus ad Confessionem, loqui ill
 prohibet. Multò magis notam imprudentem
 quæ incurrat Confessarius, qui pœnitenti
 campum non aperit culpas erubescientiam
 quandam, & pudorem ingerentes manife
 standi. Quidam DEI servus mihi retulit
 se unicâ interrogatione plures capillis capi
 tis sui animas DEO fuisse lucratum; quan
 do enim pœnitens antea non visus pedi
 bus ejusdem accidebat, isque ex contextu
 Confessionis, aut alio ex capite prudens for
 mare poterat dubium, ne fortè in cordis
 fundo peccatorum quodpiam stagnaret oc
 cultum, pœnitentem interrogabat inquiring:
 nunquàmne verecundiâ victus peccatum
 tacuisti? an non id factum, dum pueri
 lem agebas ætatem? quid videtur? edic
 obsecro, ne dubites, auxilium, & solat
 tium me tibi omne impensurum &c. at
 que isthoc modò apprehensum serpentem
 infernalem, qui longam sacrilegarum, in
 validarumque Confessionum sarcinam post
 se trahebat, feliciter foràs extraxit; im
 pletum fuit Spiritûs sancti effatum Job. 26.
 13. *Obstetricante manu ejus eductus est colu
 ber tortuosus.* O praxim dignam! am
 ple-

alio plectamini hanc, obsecro, & prudentiæ
 dictamen, vobis campum, eam sequendi
 mi aperiatur; grande profectò inde lucrum ve-
 en stræ, aliorumque animabus comparaturi.
 Ri Magna equidem Confessarii tanquam 9.
 de Judicis prudentia sit, oportet; at major
 qu illius ceu medici sit, est necesse: sollicitâ
 en quippe attentione non peccata duntaxat,
 nti sed horum quoque radices, causæ, & oc-
 am casiones pensanda veniunt, ut opportu-
 fe na iisdem applicari valeant remedia. Cau-
 lit tus prætereà sit in loquendo, cum vel unò
 pi verbò inconsideratè prolatò grave & sibi,
 n. & pœnitentibus damnum possit accersere.
 li *In facie prudentis* (ait Spiritus sanctus Prov.
 tu 17. v. 12.) *lucet sapientia*, Lyrano inter-
 r. prete, *per maturitatem, & honestatem*;
 is providus proinde sit in verbis, intra limi-
 c. tes decoris, & honestatis se continens, ità,
 s: ut gravitatem, & devotionem spiret; sto-
 n lâ sit, & superpelliciò juxta ordinationem
 i. ritualis Romani indutus, cavendo ab
 c. omni actu levitatem redolente, qui mode-
 stiam lædere posset; uti publicè tabacum
 fumere, pixidem tabacariam ad ostenta-
 tionem, aut fasciculum florum, aut fla-
 bellum, & similia manibus tenere, quæ
 omnia decori, honestatiquè sacerdotali ad-
 versantur: Abstineat ab excipiendis ex-
 tra crates fœminarum Confessionibus sine
 necessitate, quæ nunquam justa est, nisi
 extrema sit, nec ante claram diei lucem,

aut in loco haud satis illuminato, nec in
firmas, nisi foribus apertis audiat. Pau
cis: Confessarius in omnibus se præbeat ex
emplum, & DEI Ministrum vultu ama
bili & gravi, nunquam gestibus, aut signi
terioribus tristitiam, aut tædium indi
cantibus variando, ne circumstantes oc
sionem inde arripiant suspicandi, pœniten
tem peccato quodam fastidium generasse,
aut magis execrandum commisisse flagi
tium. Insuper curam habeat, ut pœnitens
vultum ad aliam vertat partem, ne recta
aut aures loquendô vultum pœnitentis
ullo modô contingat; quamvis autem ani
madversiones hæ de rebus minimis esse
videantur, sunt tamen oppidô necessariæ
ad reddendas bonas omnes sacrosanctæ hu
jus actionis circumstantias, tollendâque
umbram omnem, quæ reverentiam sacra
menti, aut animam, bonamve Ministri
existimationem posset obfuscare. Præte
reâ ad prudentiam Confessarii spectat cu
ratè inquirere, an pœnitens sit recidivus,
aut consuetudinarius? an in occasione
proximâ peccandi constitutus? & num
sciat explicitè Mysteria necessaria neces
sitate mediæ credenda. Ecce! tres nodos
difficilioris solutionis, in hoc tamen di
scursu rumpendos, qui ad aliud nihil, quam
ad pangendum sacrum inter nos fœdus ten
dit, ut in praxi idem sentiamus. Ut ve
rò cautius pedem figam, advertendum est,
me

me non intendere probabiles Doctorum
 opiniones in controversiam vocare, sed so-
 lida ponere duntaxat Theologiæ mo-
 ralis fundamenta, communius à Doctori-
 bus recepta, sensu SS. Patrum roborata
 (& quod caput est) Vaticanò Oraculò sta-
 bilita. Intereà oculis omnium expono
 tres propositiones damnatas. Prima con-
 suetudinarios tangit: *Pœnitenti habenti*
consuetudinem peccandi contra legem DEI,
naturæ, aut Ecclesiæ, & si spes emenda-
tionis nulla appareat, nec est neganda, nec
differenda absolutio, dummodò ore proferat
se dolere, & proponere emendationem. Hæc
 propositio est confixa ab Innoc. XI. Secun-
 da propositio fulmine vaticanò ab eodem
 Pontifice exusta, ordine 61. ità habet:
Potest aliquando absolvi, qui in proxima
occasione peccandi versatur, quam potest,
& non vult omittere; quin imò directè, &
expropositio querit, aut ei se ingerit. Ter-
 tia concernit ignorantes sacræ fidei My-
 steria: *Absolutionis capax est homo, quan-*
tumvis laboret ignorantia Mysteriorum fidei,
& etiamsi per negligentiam etiam culpabi-
lem nesciat Mystrium SS. Trinitatis & In-
carnationis Domini Nostri Jesu Christi.
 Estque sexagesima quarta memorati sum-
 mi Pontificis. Profectò tribus his propo-
 sitionibus recisa sunt terna virulenta in-
 fernalis hydræ capita, damno irreparabili
 miseras animas perimentis, quæ falsæ do-

strinxæ huic innixæ in inferni proruebant dan
barathrum; atque ideò accuratius eas ven- fust
tilabimus ad veritatem apertius demon- jud
strandam. Ordiamur à prima consuetudi- rù
narios concernente. nec

Lubens scirem, cur S. Sedes condemnet &
propositionem, quæ non vult, ut pœni- pro
tenti recidivo, & consuetudinario diffe- ad
ratur absolutio, dummodò linguâ profe- re
rat se dolorem habere & propositum? sa- qu
nè non alia de causa, quàm quia spectat na
ad prudentiam Confessarii quâ judicis & na
Medici animarum ante pronunciatam sen- pr
tentiam formare judicium prudens, & ob
probabile, quòd in pœnitente sit vera in- di
terna dispositio, sine qua nihil operatur xi
absolutio, & frustaneum redditur Sacra- qu
mentum; & quia ex frequentioribus lap- n
sibus & relapsibus, quibus miser recidi- bi
vus, & consuetudinarius succumbunt, e
magna nascitur præsumptio, quòd reve- b
rà prædicta internâ careat dispositione, ac
in eo verus dolor, & propositum ceu ma-
teria proxima Sacramenti deficient, justif-
simè dicta propositio condemnatur tan-
quam erronea, scandalosa. Clavem to-
tius materiæ nobis suppeditat Angelicus,
qui part. 3. q. 18. art. 3. ad 4. intrepidè
ità decidit: *Confessarius non potest ligare,*
& solvere ad arbitrium suum, sed tantum,
sicut à Deo sibi præscriptum est; & vult S.
Doctor, Confessarium omnem ante dan-
dam

ant dam absolutionem habere debere motivum
en- sufficiens formandi prudens & probabile
on- iudicium de dispositione pœnitentis. Ve-
di- rum, quia DEUS intuetur cor, & homo
nequit secreta, nisi mediantibus indiciis,
net & signis exterioribus penetrare, operæ
ni- pretium me facturum credo, si Confessario
fe- ad cognoscenda indicia illa lumen por-
fe- rexero, ut in praxi facilius resolvere
a- queat, quando pœnitens licet consuetudi-
at- narius in praxi absolvi possit, & quando-
& nam absolutio differri debeat, ut ita
n- promptior S. Matri Ecclesiæ præstetur
o- obedientia, quæ gravi præcepto præ-
n- dictam propositionem damnatam in pra-
ur- xim redigendam prohibet. Dico itaque,
a- quod peccator recidivus, seu consuetudi-
o- narius, quocunque demum peccatorum ha-
i- bitu sordidus, sive se habeat *positive*, hoc
t- est: quia frequenter labitur in perjuris,
e- blasphemias, odia, mollities, fornicatio-
c- nes, furta, & similia; aut duntaxat se ha-
- beat *privative*, quia nimirum omittit re-
stitutionem bonorum, fortunæ, famæ, ho-
- noris, aut non implet legata pia Missarum,
vota &c. Dico inquam, quod ordinariè
possit absolvi, si Confessarius videat, quod
unum ex mox allegandis adsit indiciis,
quo inductus prudens possit formare judi-
cium de interna ejus dispositione.

Primum est, si Pœnitens nunquam fuit 10
correctus, aut admonitus à Confessario de

malo statu, & nunc magis illustratus, accedente efficaci admonitione, & correctione ex corde emendationem promittit, & perlibenter qualemcumque seu præservativam, seu satisfactoriam acceptat Pœnitentiam, firmumque se emendandi demonstrat propositum.

Secundum: si dolorem affert specialem, & lachrymis profusus confitetur, dummodo sint excitatæ à motivo quodam supernaturali, & non è muliebri corde scaturiant. Nec ab afflictionibus, aut naturalibus motivis extrudantur, sed constet eum à DEO reverà motum ad detestanda peccata.

Tertium: si confitetur tempore Missionis, aut exercitiorum, quia scilicet concionem audivit, vel meditationem fecit cor acrius pungentes, atque ita Divinæ justitiæ perterritus rigore, vitæ mutationem firmissimè secum statuit inchoandam. Aliud tamen judicium formari deberet, si post prædicationes, & meditationes non daret signum compunctionis, & multò magis, si sacris diebus illis peccata continuasset, nec in aliquo fuisset emendatus.

Quartum: si aliàs à Confessario admonitus, executioni mandavit remedia præscripta, quamvis non adhibuerit omnia, sèque non quidem ex integro, attamen ex parte emendavit, imminuto peccatorum numero.

Quintum : si à sinistro quodam casu motus ad confitendum accedit, aut quia inaudiit improvifum obftinati cujusdam peccatoris, & multò magis, si complicitis, aut quia grave eidem, aut alteri accidit infortunium, quod in vindictam peccatorum à DEO credit inflictum, & similia.

Sextum : si internam sentit inspirationem ad inquirendum Confessarium bonum, & sponte sua pedibus ejusdem advolvitur; non verò, quia Paschale tempus est, Mater vel Magister confessionem imperant; aut quia in more habet singulis vigiliis B. V. aut omnibus octo diebus confiteri, sed solum quia se vivo sentit motum desiderio, vitam mutandi, reconciliationemque cum DEO ineundi.

Septimum: si pœnitens in articulo vel probabili periculo mortis est constitutus; nam in tali casu quivis æternæ salutis esse sollicitus, & veram proponere emendationem præsumitur. Certum est, quòd in prædictis casibus, cum Confessarius motivum habeat sufficiens, prudens formandi judicium de interna dispositione pœnitentis, eum possit absolvere, quia *adest spes emendationis*; neque hoc modò adhæret pravo propositionis damnatæ sensui, volentis concedendam absolutionem, *etiamsi non adsit spes emendationis*; quamvis autem non desint Doctores classici cum fundamento rationis propugnantes, posse etiam
in

in relatis mox septem casibus ex motivo procurandi majus bonum, majorémque utilitatem pœniten-
 ti licitè differri absolutionem, ordinariè tamen in praxi id erit haud
 conveniens, maximè si timetur pœnitentem irritatum, aut perterritum se in de-
 sperationem daturum, vel ad sacramen-
 tum pœnitentiæ non tam citò amplius ac-
 cessurum.

II Cognitis jam indiciis veræ contriti cor-
 dis dispositionis, pœnitentis ficti, & larva-
 ti signa veniunt considerata, qui certè à
 nullo est Confessariorum absolvendus, nisi
 notam inobedientis filii Ecclesiæ, relatum
 propositionem sequi prohibentis, velit in-
 currere.

Primum signum est, si pœnitens, post-
 quam bis vel ter à zeloso Confessario est
 correctus, & de malo statu admonitus,
 semper reddit cum iisdem peccatis, & for-
 tè majori numerò ejusdem speciei, nec
 videtur, nec speratur aliqua emendatio.

Secundum: si non dat indicium mayo-
 ris nausæ, & abominationis peccatorum,
 quàm antea concipere solebat, sed potius
 ex tepiditate ejus clarè cognoscitur, quòd
 lingua, non verò corde detestatur pec-
 cata.

Tertium: si suggesta à Confessariis reme-
 dia emendationis applicare neglexit, &
 eum illa omisisse non multum pœnitet.

Quartum: si antecederet semper eundem socordioris vitæ servavit tenorem, totusque intentus ad suis indulgendum passionibus vix ullum, ad se emendandum conatum adhibuit, quin potius malos habitus pessimis actionibus nutriendis apertè demonstravit, se æternam animæ salutem parvi pendere.

Quintum: si ad confitendum venit obligatione adactus, ut, quia Pascha adest, vel à Patre, Matre, aut Magistro jussus aut quia in more habet, omni septimana sacramentum Pœnitentiæ suscipere, aut alio ex motivo vix aut nunquam seriò de emendatione vitæ, & explendis boni Christiani obligationibus cogitans.

Sextum: si culpas excusat, Confessario refragatur, pœnitentias seu præservativas, seu satisfactorias acceptare detrectat, imò potius incorrigibilem, & pertinacem in adinventionibus & desideriis suis se exhibet, quamvis is linguâ dolorem premat.

Septimum: si in pœnitente advertitur vehemens adeò ad peccatum propensio, ut videatur totus in illud defixus, prudenter ei credi nequit, sed potius magna illa ad peccandum inclinatio sufficiens præbet judicandi fundamentum, pœnitentem dolore, & proposito carere.

Quis nunc non videt prælucentibus mox dictis indiciis viam mihi planam sterni ad intrepidè decidendum, Confessarium,

sarium, si in adductis casibus, omnibus circumstantiis bene pensatis probabile iudicium de dispositione pœnitentis formare nequit, & multò magis si eum verè indispositum censet, Confessarium, inquam, debere negare absolutionem, & si dubitet, omnem eidem adhibendum conatum, ut admonitionibus charitate plenis, & fervidis exhortationibus eum disponat; & quando nequit dubium suum deponere, differendam esse absolutionem, donec pœnitens cœtiora bonæ dispositionis signa ostendat.

12 Et ecce dissolutum jam nodum! apertèque demonstratum errorem nonnullorum Confessariorum regulam certam assignantium, ubi ea dari non potest. Nam si dicant absolutionem recidivis semper esse conferendam, si ve asserant, semper differendam, ambæ propositiones sunt falsæ, malè sonantes, & scandalosæ. Præterea prima dictorum fulmine vaticanò perusta omnimodè est abolenda, totumque remittendum venit prudentiæ Confessarii, qui in casibus particularibus non proprii genii, aut naturæ impetum, non exempla aliorum, sed Spiritûs sancti unctionem, & ductum sequi debet juncto solerti Theologiæ moralis, & orationis studio.

Verum, quia annorum bene multorum experientia me abundè instruxit, maximam

nam partem Confessariorum summâ ad absolvendum agi propensione, quin statum pœnitentis discutiant, eundem excitent, ac pœnitentiæ seriò agendæ commoneant, indeque universalem animarum provenire ruinam, quæ mala consuetudine involutæ Confessarium socordem exquirunt, ut absolutione percepta mox iterum effrænatis passionibus fræna laxent, & in lectis antiquis *dormiant somnum suum*; demum in puncto ad inferna descendentes; eam ob causam propriam læderem conscientiam, si non, quod sentio, palàm edicerem: nimirum ob confessarios suo muneri non satisfaciētes mundus perit, pereūntque æternum Confessarii ipsi.

Qua enim ratione credi potest obligationem suam adimplere Confessarium illum, qui confessione pœnitentis auditâ, eum peccatorum labyrintho circumdato cernens, non interrogat, non adjuvat, non scire avet lapsuum originem, & à quanto tempore in luto illo hæreat, ut valeat discernere, an pœnitens sit consuetudinarius, vel in occasione proxima constitutus, ut ita peccatorum vulneribus mederi queat.

Cùm Dæmoniacus ille apud Evangelistam Marcum c. 9. v. 20. Christo fuisset præsentatus, mox is Patrem interrogavit, à quanto tempore misero in statu illo versaretur: *quantum temporis est, ex quo ei*
hoc

hoc accidit, cui Parens afflictus: ah, Domine, *ab infantia*, à teneris annis miser hic filius meus horribilem Dæmonis patitur vexationem. O! errorem foedissimum Confessariorum bene multorum! qui nunquam de peccati consuetudine interrogant! ô quot peccatores responderent voce flebili! *Ab infantia*, à puero hac illàve me foedare iniquitate cœpi, & in hanc usque horam perrexì, & ô miserum me! in singulis Confessionibus eundem ferè peccatorum numerum recensui. Jam quæso, his aut similibus, qui nullum emendationis, aut compunctionis attulère indicium, quâ ratione mox conferri potest, vel potuit absolutio?

Cùm Confessarius sit Judex & Medicus, debet cognoscere statum penitentis in ordine ad Consuetudinem præteritam, ut sciat, quanam medicina sit illi applicanda hic & nunc, & an indigeat dilatione absolutionis; & hoc tandem modò curatur. Verba sunt doctissimi Cardinalis de Lugo, qui cum Correglia, aliisque Doctoribus vult, peccatori sæpius admonito, & non danti signa emendationis differendam per aliquot tempus esse absolutionem, ut hoc pacto in se redeat, meliorem conceptum horrendæ peccati deformitatis formet, firmitérque statuatur veram vitæ mutationem amplectendi. Notent hoc Confessarii illi, qui provoluto vix ad pedes poenitente qualicunque

Do cunque manus extendunt, & absolutio-
nem impertiunt. Quo, quæso, modò
tot lapsus & relapsus considerantes, pru-
dens de illius dispositione formare possunt
judicium? quomodo efficacem judicare
queunt voluntatem illam, quæ nullum
applicat ad obtinendum finem medium?
certè propositum talis pœnitentis non mar-
mori est incisum, nec ceræ impressum, sed
aquæ inscriptum. Sciant igitur Confes-
sarii illi, quòd error iste ità absolvendi
sit ex maximis unus, qui nostris, eheu!
temporibus in administratione Sacramenti
Pœnitentiæ committi assolet, eamque ob
causam infinitus ferè Christianorum nu-
merus in infernum prolabitur, in pecca-
tis moriens. Atque hæ sunt instabiles
animæ illæ, de quibus secundo secundæ
Epistolæ capite v. 14. loquitur Apostolo-
rum Princeps: qui circumferuntur perpe-
tuò de uno Confessionali ad aliud, ut
non habeant, qui eas arguat; Nec unquam
alibi stationem certam tenent, quàm in
inferno: harum sanguis in extremo die Ju-
dicii requiretur de manibus Confessario-
rum negligentium, zelóque carentium, qui
& se ipsos & alios occidunt.

Verùm dicet aliquis, remedium diffe-¹³
rendi absolutionem est remedium extre-
mum, nec in praxi adhibendum, nisi
post applicata omnia alia. Bene; sed nun-
quid in casu adducto, in quo veræ com-
pun-

punctionis indicium prostat nullum, diff
remedium dilationis est remedium obt
unicum, est remedium extremum, quo pec
ommissio officio Judicis & Medici in adm
nistratio Sacramenti deerit Confessarius
terv

Regeret alius, an non licebit prius chi
juncta exhortatione fervidam in pœnitent
ferm
te excitare contritionem, quàm dilationis ad
Mi
applicetur remedium?

Ah! per me licebit; vehementérque fess
desidero pœnitentium omnium corda scim lab
di contritione ardentissima; ast eheu! in sec
praxi (experto crede) non ad vota ibunt pro
conatus tui; hujus quippe generis pecca
fess
tores collotenus luto immergi vix Apo
nun
stolicis terrore plenissimis extrahuntur con
Missionibus; minùs quatuor aut quinque ille
transeuntibus verbis ad frugem revo
fui
cantur. am

Jam intelligo ita opponentium sensum; ter
intendant scilicet mulcere pœnitentes, & ab
sine scrupulo eosdem sive dispositos, sive tu
non, absolvere; Verùm nunquid hoc est v
aperto Matre impugnare determinationem ille
Ecclesiæ, scandalosum hunc absolvendi in
modum prohibentis? ô! quis jam prohi
Se
bebit capiti meo aquam, & oculis meis st
fontem lachrymarum, ut fleam die, ac P
nocte universalem tot animarum ruinam? m
Deum immortalem! declamatur clamore
summo, scribitur crisi mordacissimâ con
tra paucos absolutionem non alio ex fine
disse

um differentes , quàm ut sacræ Sedi ad nutum
dium obtemperent , & limites ponant inundanti
quo peccatorum malitiæ. Verum contra in-
admi gentem negligentium Confessariorum ca-
rius tervam , quorum unicus labor est , bra-
prius chia extendere , & verba absolutionis pro-
iten ferre , non linguâ perorat , non calamus
ionis ad eorum illuminandas tenebras laborat.
rque Miramini forsan . quòd ingentem Con-
scin fessariorum catervam negligentiam turpi
! in laborare asseruerim ; sed ite mecum , ob-
ount secro , ad Missionem peragendam , sedete
cca pro sacro tribunali ad excipiendas Con-
apo fessiones ; ex centum pœnitentibus non
atur nunquam octoginta reperietis , vitiosâ
que consuetudine infectos , hic blasphemandi ,
vo ille pejerandi , alter lasciviendi , alius
um furandi , alius inimicitias , aut turpes
& amores fovendi malo foetet habitu. In-
ive terrogate jam ! *quantum temporis fili mi !*
est *abit , quo simili iniquitate es contamina-*
em *tus ? ô ! Pater (reponit) octo , decem ,*
ndi *viginti fluxère anni. Sapiusne in hoc vel*
hi- *illud peccatum relaberis ? ter , quaterve*
eis *in septimana , subinde diebus singulis.*
ac *Semperne es confessus peccata ? ita Pater !*
n ? *Stabilitérne uni confiteris sacerdoti ? Non*
re *Pater : jam hunc , jam illum pro com-*
n- *moditate mea accedo. Ergone tot annorum*
ne *spatiò per omnes vagatus es Ecclesias ? &*
ce- *explorasti Confessaries illius loci , aliorum-*
que circumjacentium ? ita Pater. Jam edi-
cito ,

cito, Confessarii illi semperne te absolverunt & co
ita Pater; Sed quid tibi ante absolutionem & co
dixerunt? Dixerunt, ut non peccem am- pars
plius. Verum non tibi ob oculos posuêr nua
statum tuum malum, non emendationis men
media suggessêre? nonne connati sunt in cor- & r
de tuo excitare contritionem? Dicam Pa- nâ
ter! ut res habet, duo, aut tres pauxil- te,
lum exhortationis fecêre, veruntamen nus
absolutione ingravatè me donârunt. Ex- fari
gône alii semper sine ulla contradictione te cili
absolutum dimisêre? semper Pater! O! nite
miseras animas infami Assassinio per- tren
emptas! men

Ex Confessione hujus pœnitentis facile
 in cognitionem negligentiae omnium fer-
 mē Confessariorum illius loci, aliorūque
 adjacentium devenitur; Et quā vel au-
 ditu horrendum est, ex octoginta con-
 suetudinariis fortassis plures sexaginta ob
 malè providos Sacerdotes, & Confessarios
 irreparabilem animæ incurrisse jacturam,
 ac æternū periisse? neque commenti-
 tium credatis, velim, relatum mox Dia-
 logum Confessarium inter & pœnitentem.
 Ah! utinam non nimium quantum pra-
 cticus foret, neque deplorandā hujus ve-
 ritatem didicissem experiētiā Profectō
 non abs re perniciosum hunc Confessario-
 rum operandi modum plangit Religiosif-
 simus Cardinalis Bona princ. vitæ Chri-
 stianæ c. 13. Non sine cordis amaritudine

conquerens, quòd ob falsam charitatem,
& conniventiam Confessariorum maxima
pars Christianorum vitam agat in conti-
nua confusione, & vicissitudine Sacra-
mentorum, & criminum, Confessionum,
& relapsuum. Planctibus Cardinalis Bo-
næ lacrymis subscribit purpuratus virtu-
te, & doctrina eminentissimus Bellarmi-
nus, qui considerans proniorem Confes-
sarium multorum ad absolvendum fa-
cilitatem; quin oculum ad internam pœ-
nitentium dispositionem adverterent, ex-
trema miseris animabus consciscere detri-
menta, liberè & scripsit, & dixit: *Non
esset hodie tanta facilitas peccandi, si non
esset etiam tanta facilitas absolvendi.*

Verum, quid faciendum? Ah! Con-¹⁴
fessarii charissimi! Sacrum ineundum est
foedus, unius in administratione magni
Pœnitentiæ sacramenti labii nos esse oport-
et, cum ab hoc totius Christianitatis bo-
num dependeat; atque ut negotiî gravi-
tas luculentius dispiciatur, animum ad id
adverti cupio, quod in quodam vasti or-
bis loco evenit, ubi nomen Dei sanctif-
simum ac insigniores Sancti blasphemis
proculcabantur, maxima incolarum illius
loci blasphemandi consuetudine infecta,
juncta publicitate adeò scandalosâ, ut hor-
rorem meritò incuteret, permovit Deus
nonnullorum zelosorum Religiosorum
ibidem degentium corda, ad invitandos,

animandósque Apostolicó spiritús fervor
 Confessarios omnes, ut juncto sceleris
 operam & media applicarent, ad pesti-
 ferum abusum stirpitús evellendum, qui
 de die in diem invalescens regionem to-
 tam venenato afflabat halitu. Con-
 ventum inter eosdem fuit, depactum-
 que, ut si blasphemiiis deditorum quis-
 piam pedibus accideret, nisi is specia-
 liores doloris afferret signa, ei per octo
 dies differatur absolutio, ac pœnitentia
 assignetur præservativa, sociatâ ferven-
 tiori exhortatione, ut peccati gravitatem
 acutiùs penetraret; Et ecce, die quadam
 Magnæ Matri Virgini sacrâ confessum
 veniunt blasphemii illi, & postquam blas-
 phemias ad pedes Confessariorum evomu-
 issent, absolutionem postulant. Bene
 Fili mi! dicebat Confessariorum unus.
 Amore Virginis sanctissimæ abstineas à
 blasphemiiis, octo, decemque diebus ta-
 lem subeas pœnitentiam, quibus præter-
 lapsis te absolutione donabo; Ne dubites
 Fili! consolabor te, omnique charitate
 te complectar, ne unicó quidem asperiore
 verbó te compellabo. *Quid? Pater! non
 me absolves?* Non Fili mi! nec enim nunc
 absolutionem convenit impertiri. *Pater
 mi! festus dies est Domina calorum sacer!
 sacra mihi mensa hodie est accumbendum.*
 Fili! patientia tibi interea est necessaria,
 post octo dies te plenissimè absolvam, fa-
 cróque

eròque epulo reficiam. *Pater mi! miror
tuum mecum agendi modum, adibo alium.*
Adeas per me licet, sed cantatam tibi
antiphonam ab illo occini audies.

Et verò adiit Confessarios alios; ast
parem cum reliquis blasphemis tulit re-
pulsam; quo pacto jam omnes saniora sa-
pientes, compunctique inter se loqueban-
tur: ô! quàm grande peccatum? nemo
illud solvit, Superi! quàm enorme cri-
men? porro ingenti adeo horrore percul-
sus erat populus omnis, ut infra mentis
unius spatium nulla amplius in regione
illa audita fuerit blasphemia.

O charissimi Confessarii! cæcitas intel-
lectus in pœnitentibus potius est fæda tot
peccatorum origo, quàm malitia volun-
tatis? non enim gravitatem peccati mor-
talis satis penetrant, radix sanè malo-
rum omnium est defectus perfectæ cogni-
tionis peccati, nullumque salubrius inci-
tamentum ad suscitandos pœnitentes, ut
in se redeant, est, quàm dilatio absolu-
tionis ad paucorum dierum spatium, qui-
bus sceditatem scelerum sibi ob oculos
ponant. Estote persuasi, præcipuum effi-
cacissimumque remedium ad reducidos
in viam bonam peccatores esse absolutio-
nis dilationem, & quàmvis hæc paucos
dies duret; ignis tamen instar periculo-
sum ab anima propellit lethargum, som-
num, aliàs mortis perpetuæ conciliaturum.

Apprehendit nempe tunc melius poenitens malum animæ statum, vehementius mente compungitur, & de peccatis majora capit incrementa. Atque ita poenitentia ab initio languida, faciliore negotio, aliàs à præsentis objecti illicitis superanda, vires acquirit ad grandiores etiam tentationum elidendos insultus, ac poenitens planâ de vitiis obtentâ victoriâ firmiores in virtutum semita ponit gressus, planè jam contra lapsum obfirmatus. Adeò nempe verum est illud Bellarmini effatum: *Non esset hodie tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi.*

- 15 Verùm equidem est, quod non semper & in omni casu differri debeat absolutio, cum locus dandus sit prudentiæ, cujus est explorare, an in poenitente appareat indicium aliquod dispositionis internæ, certò probabile absolvendi præbentis motivum, ut supra dictum; ac verò deficientibus indiciis, prudentiæ rectissima regula erit absolutionem differre. Nec ob proximam hanc, sanctum Confessionis tribunal carnificinam, quin potius jucundissimam spirabit misericordiam; cum maximum sanè misericordiæ opus sit, nudam poenitentis animam pretiosissima gratiæ sanctificantis chlamyde contegere.

Atque hunc semper agendi modum tenere illustriores Sancti, Bernardinus poenitent

nitenti cuidam fædiore vitio fordido post aliquas septimanas, visis nempe prius solidæ emendationis signis absolutionis indulgit beneficium. S. Franciscus Xavierius nunquam, nisi post aliquot dierum experimentum consuetudinarios absolutione donabat, ut ita prius ad cor redirent, & horribilem peccati deformitatem penitius intuerentur. S. Franciscus Salesius, vir cordis planè dulcissimi, perversitatem nactus pœnitentem, nullum doloris signum pandentem, imo trahens pectore suspiria aiebat: Fili mi! suspiro ego, quia tu non suspiras ad DEUM. Censeo omninò opus esse, ut per aliquod temporis spatium melius te ad pœnitentiæ Sacramentum compares.

Praxis hæc constanti usu à pluribus DEI servis retenta, estque menti Ecclesiæ Catholicæ conformis; cum enim hæc censuras fulminet adversus eos, qui nunquam differendam consuetudinariis docent absolutionem, eam aliquibus in casibus differendam sat clarè mandat.

Perpendendum præterea, quod tali modo Confessarius conscientie suæ consulat & pœnitenti sit adminiculo; conscientie consulit propriæ; cum enim ad maiorem pœnitentis utilitatem etiam in casu, quo apparent veræ dispositionis indicia juxta plurimorum Doctorum sententiam, nominatim Aguirre Tom. 2. con. Hisp. diss. 8.

Fol. à num. 161. ad 167. absolutionem licite queat differre, multò magis id hi deficientibus facere poterit. Quod praxis hæc non exiguo pœnitentibus in adminiculo, testes appello. Confessarios illos, qui charitate vera erga pœnitentes moti, & obligationi suæ satisfaciendi ergò in prædictis casibus absolutionem differre solent, omnes uno ore testimonium ferent, quod, postquam suaviter pœnitentes induxerunt ad peragendam per aliquod tempus salutarem, & præservantem pœnitentiam, eos postea ad beneficium absolutionis percipiendum reversos, ferè semper insigniter emendatos compererint.

Ast (inquies) pœnitentes aliqui dilatà absolutione non redeunt. Inanis prætextus! si non ad te veniunt, ibunt ad alios, melius sanè dispositi in virtute prædictæ pœnitentiæ, dein præservativæ, majorique cum fructu dein absoluti. Quod si nec ad te, nec ad alios redeant, non ob id te multum affligas, signum quippe evidens est, quod hi malo pertinacissimè adhærentes non fuerint dispositi, nec voluntatem se disponendi habuerint, quamvis & his adjumento sit dilatio, utpote semè timoris sancti in cordibus eorum relinquens, quod suo tempore pœnitentiæ reddet fructum, prout testatur doctissimus Averſa de pœnit. Tract. 9. disp. 17. sect. 12. inquit: *ipsa enim praxi constat, hanc dilationem sæpè juvare.*

Supereſt nunc assignare modum practi- 16
cum, ædificantem & suavem, quo pœni-
tentium animi dulciter attrahantur; & si
fors dilatio amarior videatur medicina,
verbis dulcibus ceu saccharo est condienda.
Certum namque est, vituperio dignissimos
esse confessarios illos, qui verbis agrestibus
& asperis pœnitentium animos exulcerant.
Pacato siquidem animo hilarique vultu
sunt excipiendi, dulcique mansuetudine
erudiendi, absolutionem non alia ex cau-
sa, quàm ob æternam animæ ipsorum sa-
lutem differri, ac demùm blandè inducen-
di, ut ipsimet dilationem prompto animo
acceptent. Hoc autem, similive modo sunt
compellandi. Fili mi! tot jam abiêre an-
ni, quæis luto huic infixus vivis, emenda-
tionis signum in te nunquam visum est ul-
lum, cum ferè semper eundem peccatorum
numerum ad pedes Confessariorum attule-
ris, signum profectò evidens, quod antea
nec verum dolorem, nec propositum habue-
ris, timendum sanè, ne confessiones tuæ
omnes sacrilegæ fuerint & invalidæ; haud
credere valeo, quod semper in gravi adeò
æternæ salutis discrimine vivere cupias.
Ut igitur ad verum de peccatis tuis con-
cipiendum dolorem, te melius disponere,
novamque vitam feliciter inchoare queas,
te exhortor, te obsecro, te adjuro per sa-
lutem animæ tuæ, ut per aliquos dies vim
tibi inferre coneris, levem hanc peragas,

velim, pœnitentiam, singulis diebus tertiam Rosarii partem recita, manè & vespèri tria Ave Maria in honorem conceptionis immaculatæ ores, dein actum contritionis & propositum efficax manè, non peccandi tota die, & vespèri non peccandi illa nocte elicias. Omni die perpende per aliquod tempus mortem, infernum aut æternitatem, & quando tentatione infestatus fueris, subito suspires! JESU mi Misericordiam! Misericordiam! aut alias preces jaculatorias in conspectu DEI ubique præsentis effundas, divinûmque auxilium implores; & certè mirabilem exin fructum reportabis.

Verum Pater mi (inquier) quid, si diebus his me mori contingat? Id ipsum fili mi meritò cor tuum pungat. In hoc enim statu tuo misero, in quo non abs ratione de vera dispositione tua dubitatur, multum sanè est timendum, quod etiam concessâ absolutione æternûm damnareris; ècontra verò elicitâ contritione cum proposito firme te emendandi, & redeundi suo tempore ad percipiendam absolutionem, etiam si moriârè, optimè sperandum, te salvatum iri. Macte animo proin fili mi! nec dubites, sed fixum teneas, quod Patris te amore sim complexurus, nec asperis compellaturus verbis, sed omni perliniturus solatio, spe fretus indubiâ, te mihi in hoc & altero mundo grates redditurum.

Docet experientia, quod pœnitentes hunc in modum blando amore excepti libentes non sine maximo animæ suæ emolumento pœnitentiæ dilationem acceptent. Neque hîc exigitur, ut uno impetu altè defixas pravi habitûs radices evellant, verum, ut vim quamdam pro muneris sui debitô ad eas extirpandas conferant; quod si infra assignatorum dierum spatium aliquoties, rariùs tamen solitô relabantur, intrepidè absolve, cum lapsus hi potius à fragilitate, quàm malitia proveniant; atque retinendo, seu differendo absolutio- nem verificatur quod *adsit spes emendationis*, ut S. Sedes exigere videtur vi propositionis damnatæ supra relatæ.

Ecce! praxim ad prudentiæ regulas exactam, quæ nec sub specie benignitatis Ecclesiasticum zelum relaxat, nec charitatem in sacro tribunali nimio rigore exercendam lædit. Amplectamur proin praxin hanc, & foedus sacrum nullo unquam rumpendum tempore nos inter stabiliatur, quod sanè summo toti christi- anitati erit emolumento, ac pœnitentes ipsi tributum gratiarum actionis faustissi- ma nobis à DEO precantes pendent. O Pater mi (pluries mihi faustè acclamabant pœnitentes) ô Pater! si ab initio perditæ vitæ meæ in Confessarium charitate ple- num incidissem, qui per aliquot dies ab- solutionem prorogasset, meque dulci Pa-

tris affectu, quo à te habeor, excepisset, titu
non me cernerem in pessimo animæ statu, nia
quo nunc laboro, neque tantis DEum fine
meum peccatis offendissem. Hisque dictis der
uberes eis profiliebant lacrymæ, quas te bitu
nerius solatium excusserat. ris,

Laus & gratiarum actio sit omnipoten- car
ti DEO, cujus brachio difficultatum hib
tes videntur complanati. liz.

Ingrediamur ô Confessarii viam à san- vis
ctis Patribus tritam, & estote persuasi, ric
quod regulis illis innixi, benéque de pru- tu
dentiae pane provisi, Paradysum anima- jic
bus sitis repleturi. Attendant porro Con- ta
fessarii illi, qui contrarium agendi mo- ti
dum in Confessionali tenent, ac timeant, tu
tremantque, ne ob eorum incuriam infer- a
nus miseris repleatur animabus. c

- 17 Magna profectò prudentia exigitur in r
Confessario, ne in binos scopulos, nimie l
scilicet benignitatis, & rigoris immode- J
rati impingat, dum miserum consuetudi-
narium in bonam reducere semitam sa-
tagit, qui malis habitibus undequaque
constrictus, plures lapsus, quàm gressus
facit. Verùm ad disrumpenda vincula
occasionarium peccatorem oprimentia,
qui à multis annis adinstar mancipii ca-
tenis ligati, variis occasionebus proximis
implicatur, validior in DEI Ministro
vigor & spiritus requiritur, ac pruden-
tiæ juncta debet esse insignis quædam for-
titudo

ffet,
atu,
Cum
ictis
s te.

ten.
on-

an-
fi,

ru-
na-

n-
o-

at,
r-

n
æ

e-
i-

-
e

s
l

titudo cordis, seu magnanimitas, ut omnia valeat removere obstacula, nec enim sine sancto rigore, ac intrepido in decidendo animo unquam victoria reportabitur. Clarissima sunt verba Redemptoris, quibus in Evangelio omnem ad rescandam occasionem proximam rigorem adhibendum præcipit: *si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Quamvis enim poenitenti ipsa oculi pupillo charior sit occasio, amputanda est: *si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te,* seu si alius quispiam manus contaminavit lusu, commestrationibus, digladiationibus, abscissionem non respuat. *Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te,* seu qui frequentavit tabernas vel conversationem, in qua in scelera præceps ruit, pedes domi contineat, & occasionem labendi de cæterò rescindat. *Projice, abscinde.*

Ineundum proin à nobis foedus, nullum absolvendi in occasione proxima constitutum, quam potest & non vult relinquere. Statuenda ante oculos propositio damnata. *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin imò directè & ex proposito querit, aut ei se ingerit.* Propositio, quæ dicit: *potest aliquando absolvi,* est falsa juxta definitionem Ecclesiæ; quæ ergo vera? en hanc, *nunquam potest absol-*

vi, qui in proximâ occasione peccandi ver-
satur. Ah! nunquam, nunquam est absol-
 vendus, qui in occasione proxima peccan-
 di putrescere desiderat.

- 18 Porro ut cauti ambulemus, bonûmque
 ponamus fundamentum, prius non abs re
 erit stabilire, quid nomine occasionis pro-
 ximæ veniat? punctum certè delicatum
 admodum! in quo Doctores non conve-
 niunt. Nihilominus securiori viæ insisten-
 do, sententiam sequemur communio-
 rem, rationabiliter ne ab ipsis quidem adver-
 sariis impugnandam. Et primò quidem sup-
 pono, periculum peccandi, & occasionem
 proximam peccandi non esse unum, idém-
 que, quia occasio proxima necessariò sem-
 per involvit circumstantiam quandam ex-
 ternam, quam non portat periculum, quan-
 tumvis proximum: assumptum patebit ab
 exemplo. David lautioribus dapibus pa-
 stus, se contulerat ad solarium suum, ex
 quo Bethsabeam se lavantem conspexit,
 Eheu! oculus deprædatus est animam!
 hucusque solum fuit peccandi periculum,
 verum postea à concupiscentia agitatedus,
 tam diu oculos in eam fixit, refixitque us-
 que dum *missis nuntiis tuit eam.* Ecce
 occasionem proximam generatam à cir-
 cumstantia loci, & objecti præsentis, sup-
 positâ tamen semper lapsuum frequentiâ,
 sine qua occasio proxima non subsistit.
 Duo igitur sunt constitutiva occasionis pro-
 ximæ;

ximæ; primum est interna ad peccandum propensio, ex qua nascitur periculum, & secundum est circumstantia externa, quæ impellit, & peccandi commoditatem suggerit. David stante etiam totâ interna ad peccandum dispositione nunquam commisset adulterium sine externa circumstantiâ loci, & objecti præsentis, sicut etiam positus in ea ipsa circumstantia non peccasset sine internâ, & prava dispositione, nec lapsus ipsius potuisset appellari occasio proxima, si pluries & frequenter non fuisset repetitus; permansit siquidem in publico illo scandalo cum admiratione universi populi ultra annum. Ex quo facilis est definitio occasionis proximæ, quæ communiter dicitur illa, in qua attentis circumstantiis personæ, loci, temporis, consideratâque experienciâ præteritâ, semper, aut ferè semper, aut saltem frequenter quis labitur in peccatum, ad distinctionem à circumstantia remota, in qua attentis circumstantiis rarè aliquis delinquit. Itaque occasio proxima nunquam est talis, nisi quando absolutè vel respectivè habet frequentem cum peccato conjunctionem. Atque hæc est propriissima nota assignata à Theologis ad distinguendam occasionem proximam à remota, & quamvis ab aliis paulò aliter definiatur, in idem tamen coincidunt, cum ab omnibus exigatur frequentia lapsuum saltem respectiva, scilicet

ut sæpius cadat in peccatum, cujus committendi periculo se exponit. Attendendum quoque est vel ad numerum arithmeticum, ita, ut si intra decem vices non quis cadat sexies, dici nequeat occasio proxima, aut etiam formandum est iudicium secundum id, *quod communiter accidit*, ut evenire potest in Juvene sanguinolento malo habitu infecto, qui in hac vel illa circumstantia cum tali persona positus, lapsurus creditur, ubi res relinquitur prudentiæ Confessarii, qui considerare debet, quod aliquæ occasiones sint proximæ absolute pro omnibus, aliæ duntaxat respectivè, scilicet respectu talis personæ. Unde id, quod est occasio proxima pro Juvene, non erit proxima pro fene, cum in hoc deficiat primum constitutivum, scilicet propensio interna peccandi. Atque ideo, ut tota elucidetur materia, opere pretium erit, benè explanare ambo memorata constitutiva occasionis proximæ.

- 19 Quod primum attinet constitutivum, scilicet dictam propensionem internam, quæ secum adfert periculum proximum peccandi, dico 1. quod hanc unusquisque cognoscat in se, cum dependeat à fomite peccati, quem hæreditatis loco à primo Parente Adamo accepimus; verum est, quod propensio illa in aliquibus sit magis, vel minus intensa secundum mensuram malorum contracto-

tractorum habituum, & quandoque sumus obligati ad eos contrariis actibus extenuandos, uti dicemus, dum de occasione proxima necessaria seu involuntaria agemus, in qua, cum non possimus tollere circumstantiam externam, oportet extenuare dispositionem internam, ne occasio necessaria evadat voluntaria. Porro quod circumstantiam externam attinet, quæ est secundum occasionis proximæ constitutivum, dico, non esse semper necessarium, ut semper sit prava, vel pessima, quin potius subinde in genere naturæ (ut loquuntur Scholastici) potest esse bona, imò sancta & sanctissima; & ne species, vel apparentia bonitatis nos decipiat, ponamus casum de Confessario fragili, qui positus in circumstantia externa auditionis Confessionum; quamvis hæc actio in se sit sanctissima, potest ceu verus occasionarius declarari, si malo stimulatus habitu sæpius consentit cogitationibus iniquis, & tunc certè excipiendo Confessiones constitutus est in occasione proxima, neque dubium est ullum, quin in tali casu sit obligatus, vel ad dimittendum officium, vel adhibendum efficaciora veræ emendationis remedia. Si quæris, quot & quantæ sint circumstantiæ? dico, tot esse ac tantas, quot sunt res in hoc mundo; hic invenitur in occasione proxima propter circumstantiam loci, iste ob circumstantiam personæ, ille ob circumstantiam

tiam conversationis, alius ob lufum, alter ob negotiationem, alius ob frequentiam tabernarum, iterum alius ob amores vel colloquia cum hac vel illa persona, cum nulla res, qualitercunque indifferens, aut bona, reperiatur in hoc mundo, quâ non queat abuti hominum malitia. Atque ideo quotiescunque aliquis existit in cujuscunque demum generis circumstantia, in qua frequenter labitur in peccatum, acquirit infamem titulum peccatoris occasionarii, qui absolvi nullatenus potest, si non efficaciter relinquit occasionem, modò & formâ paulò inferius explicanda.

- 20 Superest nunc explicanda frequentia lapsum, sine qua non datur occasio proxima, ut suprà in definitione dictum, ubi assertum fuit, quod occasio proxima propriè dici debeat illa, in qua semper, vel saltem frequenter peccatur. Oportet igitur explicare sensum duorum verborum: *cadere frequenter*.

Quantum ad primum credo gravissimum esse tam Confessariorum quorundam, quam poenitentium errorum existimantium, illam duntaxat dici debere occasionem proximam, in qua foetidissimum lasciviæ consumatur peccatum, non verò illam, in qua solum peccatur discursibus, aspectibus, aut tactibus licentiosioribus, & multò minus, quando solis desideriiis cordis, aut omissionibus delinquitur.

Ad profligandas erroris tam crassi tenebras ponamus casum de juvene vitæ dissolutioris, qui impuris in puellam æstuans amoribus, non ei loquitur, non eam tangit, neque aliquid inhonesti amoris illi præbet indicium. Verùm diebus singulis ingruente vespere sub fenestra ejusdem expectat, donec eam cernendo cor accendatur, & impuris cogitationibus consensum præbeat. Sanè non video, cur Juvenis hic dici non debeat constitutus in proxima occasione, cùm omnia ejus constitutiva concurrant, adest quippe propensio interna, adest circumstantia externa loci & objecti præsentis, adest frequentia lapsuum in cogitationes impuras. Et ecce omnia membra monstri corporis, occasionis scilicet proximæ! quis igitur eam adesse neget? Sed

Exemplum cape, sis, aliud in peccatis omissionis. Parochus quidam obligatus ad faciendam doctrinam Christianam, & visitandos infirmos periculosè decumbentes, ne Sacramentorum absque perceptione moriantur, vadit ad venationem non clamorosam, & à sacris canonibus prohibitam, sed decentem solius recreationis causa. Vadit ad lufum licitum, adit conversationem honestissimam, ne umbra quidem mali obfuscata, verùm semper, aut saltem sæpius venando, ludendo, conversando, doctrinam Christianam & visitationem

infr-

infirmorum omittit. Quis hîc in dubio hoc c
vocare aufit, non adesse veram occasionem & ex
proximam, ita ut peccet toties quoties ve perfo
natûs, aut lusûs, aut conversationis grati flexie
exit, exponendo se in re maximi momen eum
ti, qualis est explicatio doctrinæ christi Præt
næ, & administratio Sacramentorum infir tant
mis graviter decumbentibus, periculô pec sed p
cati omissionis. casio

Explicato primo verbo *cadere*, discutien
dum restat secundum, scilicet *frequentere*
atque ut omnis tollatur ambiguitas, scien
dum, me hîc non asserere, quod frequentia
lapsuum debeat semper esse absoluta quoad
tempus & actus, ita ut ad constituendam
occasionem proximam necesse sit peccare
singulis, aut quasi singulis diebus, aut plu
res eodem tractu, seu contextu temporis
ponere actus peccaminosos; sed dico suffi
cere, quod frequentia sit respectiva, scili
cet respectu illorum temporis intervallo
rum, quibus se quis periculo peccandi ex
ponit: res clarescet in exemplo. Ponamus,
quod aliquis non retineat domi personam,
quacum peccare assolet, minùs eam in alia
domo effræni libidini ad nutum servitu
ram collocârit, id quod fordidum oleret
concubinatum, verum visitat eam in do
mo ad se non pertinente, atque ut colorem
quemdam alliniat peccaminoso accessui, &
oculos, gressus suos explorantium eludat,
duntaxat in mense, imò rariùs accedit. In

hoc casu certum est, quod si sæpius peccat & ex duodecim vicibus, quibus in anno personam illam accedit, vix quinquies aut sexies à lapsu immunis abeat, dici debeat eum esse in occasione proxima constitutum. Præterea non debet subinde reflexio fieri tanta ad numerum arithmeticum lapsum, sed potius ad influxum, quem præstat occasio in peccatum, & ad dependentiam, quam hoc ab illa habet, quod remittendum venit prudentiæ discreti Confessarii, qui speciem facti cum omnibus circumstantiis benè ponderet.

Principiis hîsce benè stabilitis, & explanatâ doctrinâ communi de occasione proxima, jam descendendum est ad praxim, & priusquam ulteriùs progrediamur, oculus denuò figendus est in propositionem damnatam. *Potest aliquando absolvi, qui in occasione proxima peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin imò directè & ex proposito querit, & ei se ingerit.* Verum equidem est, quod in applicatione hujus propositionis ad casus particulares non desint difficultates, verum omnes tolluntur hoc principio: ad excusandum peccatorem ab obligatione dimittendi occasionem proximam peccandi mortaliter nulla alia causa est sufficiens, quàm sola impossibilitas publica & moralis; cum enim ad excusandum occasionarium non sufficiat causa utilis & honesta, uti decidi-

tur

tur in censura alterius propositionis damnam,
 natæ, dicendum restat, quod sola causæ ne-
 cessaria sit sufficiens, quæ juxta regulam infan-
 contrariorum ponendo necessitatem ex una suam
 parte, firmat impossibilitatem ex altera. Jam

Verum enim verò res tota mirandum scern
 in modum clarescet notatâ communi di- verò
 visione occasionis proximæ involuntariam tas se
 & involuntariam. Differamus primum meru
 de necessaria, dein de voluntaria. Occa- rum
 sio proxima necessaria seu involuntaria verè
 est illa, quæ non potest evitari, aut di- sunt
 mitti à misero occasionario. Quid igitur nis p
 huic agendum? certè nodus hic est intrica- quæ
 tus admodum, ad quem dissolvendum ad- cano
 vertatis, velim, tribus modis necessitatem jecti
 istam dari posse; aut ex parte maris so- laps
 lius, aut ex parte foeminæ, aut ex parte mon
 utriusque simul. Ex parte solius maris flex
 foret casus de filio familias, qui sine scan- umbr
 dalo à patria potestate & jurisdictione se stan
 eximere nequit, nec jus ullum habet eji- stit
 ciendi ancillam, unicam lapsuum suorum ext
 causam. Ex parte foeminæ solius esset tun
 casus de muliere maritata, quæ non potest & l
 dimittere servum domesticum, aut familia- pro
 rem mariti, qui eam visitatum venit ob Co
 amicitiam cum viro contractam. Ex par- cur
 te maris & foeminæ casus erit inter duos con
 ejusdem familiæ sanguine junctos, velut in- tis
 ter fratrem & sororem, cognatum & cognatam,
 tam,

dam tam, qui ab invicem separari nequeunt si-
causae evidenti periculo gravis scandali, aut
ulam infamiae, cum deberent pandere statum
& una suum sceleratum.

ra. Jam certum est, quod in tali casu exqui-
sitâ opus sit Confessarii prudentiâ, ut di-
scernat, an occasio ferè sit necessaria, an
i di- verò voluntaria, an adducta impossibili-
riam tas separationis sit vera, vel falsa, an sit
num merus prætextus, an vera necessitas? ve-
cca- rum supposito, quod occasio proxima sit
aria verè necessaria, quid tunc agendum? ad-
di- sunt quippe etiam hic constitutiva occasio-
itur nis proximæ, habetur propensio interna,
ica- quæ secum fert periculum proximum pec-
ad- candi, habetur circumstantia externa ob-
tem jecti præsentis, & loci, habetur frequentia
so- lapsuum. Ecce nunc quantum profit me-
rte moriâ tenere principia moralia? unica re-
ris flexione evanescunt omnes difficultatum
an- umbræ: cum enim nequeat tolli circum-
se stantia externa, quæ est secundum con-
ej- stitutivum occasionis proximæ, opus est
im extenuare primum, scilicet periculum or-
ca- tum à propensione interna ad peccandum,
est & hoc modo fit, quod occasio cæteroquin
ia- proxima migret in remotam. Atque ideo
ob Confessarius eodem modo se gerere debet
r- cum occasionariis illis, quo se gerit cum
os consuetudinariis. Si signa specialis dolo-
ri- ris, aut alia internæ dispositionis indicia
a- afferant, absolvat, simulque præscribat
n, reme-

remedia sufficientia ad extenuandum periculum. Verum non apparentibus indicibus (prout suprà de recidivis dictum) moventibus ad formandum prudens & probabile iudicium, illos esse verè dispositos, & multò minus si ter, aut quater correcti, non attulerunt specialia emendationis signa, grandis foret imprudentia eos absolvere, differenda proinde absolutio, assignandaque ad extenuandum periculum media efficacia, quæ ad quatuor reduci possunt.

Primum: ut occasionarius non convertetur solus cum sola, fugiat fixum pellicis obtutum, nec ei loquatur sine necessitate maxime in loco separato. Secundum: ut precibus jaculatoriis ad Deum recurrat, auxilium ejus instanter imploret dicendo v. g. Mi JEsu! Misericordia, misericordia! renovet sæpius propositum non peccandi, quod non debet esse tepidum, aut remissum, utpote cariturum effectu, sed fervidum vigoreque plenum, quod procedat à magno dolore ob Deum summum Bonum turpiter adeò offensum. Tertio: frequentet Sacramenta Communionis, & Confessionis, præcipuè apud eundem Patrem spiritualem, acceptetque libenter remedia ab eodem suggerenda, uti sunt humiliter ad Sanctos recurrere, Ecclesias visitare, aut his similia pietatis exercitia obire, quæ à Confessario salubria fuere judicata. Quarto: poenitentiam quamdam perficiat, mortifican-

n per- tificando se in victu, aut alias pœnas se-
ndicis- cundum vires assumat, prout Pater spiri-
to ven- tualis ordinaverit.

babile Non dico remedia hæc simul in praxim esse
mul- redigenda; sed jam hoc, jam illud applican-
on at- dum, donec adjuvante DEI gratia cupitus
gran- obtineatur effectus. Si pœnitens obedit, &
, dif- præscriptorum remediorum usu se emen-
lâque- dat, absolvatur cum observationibus su-
ffica- præ de recidivis adductis; verum si ten-
tatis omnibus remediis præservantibus nul-
lū apparet emendationis indicium, judi-
candus est incapax absolutionis, eisque di-
cendum: *Perditio tua ex te.* Quia in tali
casu (notent iterum, iterumque Confessa-
rii) occasio necessaria evadit voluntaria.
Cum verò maxima difficultas in hoc casu
consistat in benè discernendo, quando im-
possibilitas moralis sit vera, vel quando fal-
sa, eximia sanè Confessarii prudentia exi-
gitur. Unum tamen impossibilitatis indi-
cium adduco, estque hoc. Quando in pra-
xi difficilius est tollere occasionem, quàm
positâ occasione peccatum evitare, tunc
perspicuum, certumque est, veram adesse
impossibilitatem, aliàs augeretur pericu-
lum accumulandi peccata iisdem mediis,
quæ ad ea, peccata scilicet destruenda à
lege sunt præscripta. Atque ideo, si eji-
ciendo ancillam, dimittendo famulum,
aut familiarem Mariti gravia orirentur
scândala, separatio exigi nequit, sed ap-
pli-

plicanda sunt alia remedia suprà memorata bona
ta ad extenuandum periculum proximum bona
conducentia. emend

Vos verò Confessarii in talibus angustiis debet
constituti mentem ad Deum erigite, ve dat, di
rum ab eo lumen, ne erretis, poscite, & quæ à
estote persuasi illud non denegandum. Por- sarioru
rò in dubio in similibus obvenientibus casu- aliam,
bus parti rigidiori adhæreatis, quæ sem- generi
per est magis favorabilis pœnitenti, cum est, &
eum à peccato removeat, & in praxi per- dari p
spicietis, quod solo Holofernus amputato per o
capite integram sitis reportaturi victoriam, conve
seu uno ictu infinita refecaturi peccata ex propr
occasione proxima fœdè pullulantia. nariu.

22 Quando occasio proxima est voluntaria, rius
quam pœnitens potest, sed non vult relin- pius p
quere, cum casus hic sit magis arduus, relin
multum negotii DEI Ministris in Confes- expo
sionali faceffens, oportet ardentis zeli eva- culo
ginare gladium, donec peccaminosus hic Si an
nodus ex integro discindatur. semp

Sanè incredibile est, quantas excusatio- vis r
nes, quantas ambages ad declinandum sollio
ictum, occasionem proximam abscindentem, relin
Occasionarii soleant adinvenire; unde ne milia
cessum est, ut Confessarius Apostolicâ uta- In
tur libertate, neque citò credat. Promptus debe
præterea sit ad respondendum, motasque puta
objectiones dissolvendas, præterea dexter cusa
in suggerendis rationibus, quibus pœnitens g. qu
convincatur, difficultates objectas ex defe- fasti
tu

in mora ad bona voluntatis proficisci. Et revera, si bonam firmamque voluntatem, & serium emendationis propositum non videat, haud debet absolvere, atque ut ordinatè procedat, distinguendum ei est inter occasionem, & quæ à S. Carolo Borromæo in sua Confessoriorum instructione nominatur *in esse*, & aliam, quæ *non in esse* dicitur. Ad primi generis occasiones destruendas ferrò opus est, & igne, neque pacem peccatoribus his dari præcipit Archi-Episcopus. Porro per occasiones *in esse* tales intelliguntur conversationes, aut commercia in domo propria retenta, aut res aliæ, quas occasionarius apud se retinet, veluti, si concubinariùs domi retineat pellicem quacum sæpius peccat, & quam potest, non tamen vult relinquere. Si liberioris vitæ affecta domi expositam tenet amasiæ effigiem in cubiculo suo, & facile eam inde auferre potest. Si ancilla ad malum à Domino sollicitata semper, aut ferè semper consentiat, quamvis non sit prima, imò ei haud amplius sollicitatio placeat, potestque Dominum relinquere, & à domo discedere. Et si familia,

In his & similibus casibus certum est, non debere concedi absolutionem nisi prius amputatâ occasione, nec admittendæ sunt excusationes à concubinariis afferri solitæ v. g. quod cibi alienâ manu parati futuri sint fastidio, quod sine gravissima difficultate
D aliam

aliam non sint reperturi, quæ sit à servi-
 tiis, quod familiaritatem vel societatem
 hanc aut illam evitando, debitum centum
 scutorum seu imperialium sint amitturi,
 quod res domestica grande sit subitura de-
 trimentum, eò quod scœmina illa œcono-
 miæ & lucri conquirendi sit peritissima.
 Exaggerant subinde secutura scandala, &
 præjudicia gravia, quibus colorem specio-
 sum appingunt, inquietes, quid mundus
 dicet? populus in suspitione confirmabitur,
 existimatio bona diminutionem patietur,
 misera creatura fortunæ ludibriis exposita
 in plateis jacebit derelicta. Promittunt
 dein, & jurant se non amplius peccaturos,
 & ad eundem semper Confessarium accessu-
 ros. Sed frivolæ sunt excusationes, & pro-
 posita infirma, si benè considerentur. Si
 enim jam suspicionem apud populum incur-
 rerunt, sunt obligati ad tollendum scanda-
 lum. Totius difficultatis punctum est, quod
 non sint corde contriti; si enim verè dole-
 rent, firmæque forent voluntatis se avellen-
 di à spurcis hisce commerciis, omnes su-
 spiciones evanescerent, & Confessarii pru-
 dentia opportuna faciendî divortii inveni-
 ret remedia.

Non nego in casu quodam particulari
 prudentiâ temperandum esse zelum; uti in
 casu, quo Dominus ancillam peccandi an-
 sam tribuentem domi retinet, nulla tamen
 inde in populo admiratio, scandalum aut
 suspi-

fervi-
tatem
ntum
furi,
a de-
cono-
fima,
la, &
ecio-
ndus
itur,
etur,
ofita
tunt
ros,
ellu-
pro-
Si
cur-
ada-
nod
ole-
len-
fu-
ru-
eni-
ari
in
an-
ten
ut
pi-

suspicio oritur, & tam Dominus, quam ancilla sunt in possessione bonæ famæ apud totam communitatem; tunc enim si tempore Missionis v. g. Confessarius nolle, nisi prius ejectâ ancillâ Dominum absolvere, subitanea illa ejectio in hac circumstantia publicæ Missionis potest generare suspensionem, quod serva non ex arbitrio libero Domini, sed debito conscientie fuerit dimissa. Verum quid remedii hoc in casu, ut Confessarius sine læsione conscientie propriæ, ac cum fructu pœnitentis munere suo fungatur? exponam paucis, quid peritus Confessarius egerit: Audi (dicebat) audi fili mi: revera nec deberem, nec possem te absolvere, sed quia te compunctum video, paratûmque ad ejiciendam pellicem, atque idcirco tanto dolore confiteris, peccata toto tempore pessimæ familiaritatis tuæ commissa, credo te non ficto, sed vero corde accedere. Absolvam te itaque, dummodo post quindecim dies, finitam scilicet Missionem te pellicem dimissurum promittas. Cavebis porro, ne intra id tempus eam cubiculo tuo pedem inferre sinas, nec solus soli loquaris, aut morosum in eam obtutum defigas. Præterea intra hos dies ad minimum bis confiteare, ut rationem gestorum Confessario reddere valeas, ac interea de opportuna providebis occasione eam decursis diebus amandandi, post quorum lapsum ne horâ

quidem eam retinebis, secus facturus, scito te à nemine absolvendum.

Remedium hoc, in simili circumstantia speciem impossibilitatis moralis secum circumferente, à prudentia dictatum laudandum ex parte venit, verum non omni pœnitenti applicandum, atque ita cautus sit Confessarius, si non vult decipi, & regulæ generalis locò habeat, quod dum occasio est, *in esse*, ferrò ignéque opus sit ad eam destruendam in duabus præcipuè materiis, avaritiæ scilicet, & lasciviæ, & quando habitus multum est intensus, tentatio vehemens, & inclinatio vivida, non in promissiones pœnitentis confidendum, sed sancto quodam vigore dicendum aperte: Tolle occasionem, & redi ad capiendam absolutionem, & pœnitenti alleganti impossibilitatem non subito credendum, sed admota difficultas benè perpendenda, sæpiusque deprehendetur, eam non esse majorem illâ Abrahami, quam is sensit in ejicienda ancilla, & licet in hac non fuerit propriè moralis impossibilitas, prout hæc requiritur in nostro casu, nec etiam à malo corde orta illius retentio, nihilominus obedientiæ ergò Deo præstandæ eam superavit, & ne uno quidem die tardavit, quin eam ejiceret. *Surrexit manè & dimisit eam,*

83 Temperatori porro rigore, majorique affabilitate excipiendi veniunt constituti

in

in occasionibus, quæ *non sunt in esse*, quales sunt occasiones ludendi, digladiandi, conversandi, accedendi tabernas. illicitis vacandi amoribus, & his similes; in his enim juxta memoratam directionem S. Caroli, quando pœnitens eas se evitaturum adpromittit, ac vero corde proponit, ad minimum bis aut ter potest absolvi, supposito tamen semper, quod Confessarius cognoscat talem promissionem partum esse cordis compuncti. Quod si aliàs promisit, nec se emendavit, vult S. Archi-Episcopus differendam esse absolutionem, donec ex integro occasione nuntium remittat.

Inter occasiones, quæ *non sunt in esse*, primum credo obtinere locum studium illicitè amandi, quod nostris temporibus juvenuti est petra scandali. Nolunt aliqui contra profanos amores declamare, timentes, ne malitia statuatur, ubi non est, aut alii illud existiment peccatum, quod culpâ vacat, ac propterea illaqueatæ à conscientia erronea, aut vitiosa erubescencia animæ se in peccata, & sacrilegia dent præcipites. O deceptionem! illorum forsitan, qui hodierni sæculi effusos in omnem licentiam mores ignorant. Non inficior, quod aliquando puella tenera de rebus amatoriis ab imprudente Confessario interrogata, mox ab eodem fuerit elatiori voce compellata, ac vehementius objurgata, quin prius amoris qualitatem examinasset;

fed perrarus fanè hic cafus eft, obinde hand
tantâ reflexione dignus.

Id quod DEI Miniftris lachrymas ex
torquet, eft videre noftris temporibus ma
litiam limites omnes transcendere, ac in
undare teneras plane juventutis plantas,
cur igitur (ductis imo è corde fufpiriis
ajunt zelofiores illi) cur igitur acriori
ftylo perstringitur juftus multorum zelus,
contra verò tot, & tantorum diffimulatur
conniventia cœco modo, amatorio vacan
tes ftudio, abfolventium, qui amoris præ
textu omnis generis iniquitatibus oculo
rum immerfi fordefcunt? malè equidem
decideretur, profanos amores femper effe
peccatum, at pejus foret determinare eos
femper effe innocentes, quod fi fit judican
dum fecundum, id, quod communiter acci
dit, canonizanda ceu irrefragabilis eft pro
pofitio afferens: profanos amores circum
ftantiis hodierni ſæculi veftitos, ut pluri
mum effe occafiones proximas peccandi,
& utinam, hæc propofitio non fuiffet com
probata longa praxi, & experientia lachry
mabili; quamvis enim in principio amo
res juventutis videantur innocentes, pro
greffu temporis evadunt malitiofi. Inci
pitur fecundum genium à jocis, rifu, gar
ritu, genium migrat in paffionem, paffio
fubin in abyffum malitiæ incautos præci
pitat.

Evigilate obsecro Confessarii charissimi, & dicite an non Medici animarum estis? & si medici sumus, qua tandem ratione pestiferum hunc abusum tolerabimus, qui mundum tot inficit matrimoniis illegitimis, & clandestinis, tot homicidiis, itupris, odiis, scandalis, & omnis generis iniquitatibus.

Ah! arctius pangendum est foedus, unanimes timus oportet in differenda, quin & neganda absolute iis, qui rei reperi, amoribus suis fræna injicere nolunt. Atque ut innocentia, vel malitia morum detegatur, os est aperiendum, ac interrogationes formandæ; & certè manibus, oculisque palpabunt, raros reperiri amores, in quibus non interveniat aliqua turpis circumstantia, aut ex parte complicitis, aut alterius, quæ commercium amorum reddat omnino illicitum. Porro ut ante oculos vestros continuò versetur norma & idæa, cautos vos in interrogando, fortèsque in neganda absolute reddens, exponam hìc ad litteram decretum doctrinæ, & pietate Eminentissimi Cardinalis Pico de Mirandola Episcopi Albanensis expressum, in Epistola ejus pastoralis ab omnibus Confessariis merito legenda, cujus tenor est sequens.

Admonitos volumus Confessarios omnes, ut profanis graviter illicitis

tis vacantes amoribus non absolvant tuti,
 postquam ab uno eodémque Confessa ri tal
 rio, aut aliis ter moniti, de qua quia
 trina monitione facta illi sunt in ricult
 terrogandi, revera se non emenda IV
 runt, benéque inculcent pœnitenti pter
 bus, quod nisi prius seriò se emen peric
 dent, nec ab ipsis, nec ab aliis ab bita
 solutione sint donandi. Casus ma scan
 gis frequentes, & ordinarios, in qui V
 bus amores censentur absolutè illiciti Ma
 tis hic succinctè subjicimus. prob
 si re
 & t
 sine
 bus
 mor

I. Quandocunque ita fiat, etiam
 inter pares, & causa Matrimonii,
 ut intercedant oscula vel tactus,
 vel amplexus, vel delectationes mor
 rosæ, aut periculum labendi in
 quodvis grave peccatum.

II. Quando fit inter eos, qui sunt
 disparis conditionis propter scan
 dalum, & periculum mortaliter
 peccandi.

III. Si fiat cum illis, cum qui
 bus impossibile est, contrahi matri
 monium, ut sunt uxorati, claustra
 les, & in sacris ordinibus consti
 tuti,

lvan- tuti, tum quia non potest cohoneſta-
nfeſſa- ri talis amor ſine Matrimonii, tum
e qua quia intercedit ſcandalum, & pe-
nt in- riculum labendi in culpas lethales.

enda- IV. Si fiat in Eccleſia tum pro-
tenti- pter irreverentiam, tum propter
emen- periculum audiendi ſacrum ſine de-
s ab- bita attentione, tum etiam propter
ma- ſcandalum.

qui- V. Si adſit præceptum Patris, vel
llici- Matris, aut tutoris rationabiliter
prohibens talem amorem, quia etiam-
iam ſi reliqua ſint honeſta, filii familias,
nii, & pupilli tenentur in re gravi, ut
us, ſine dubio hæc eſt, obedire parenti-
mo- bus, vel tutoribus ſub pœna peccati
in mortalis.

unt VI. Quando clam ſit, & occultè,
an- tum quia eſt expoſitus gravibus pe-
ter- riculis, & occaſioni proxima gravi-
ter peccandi, tum quia, quando ita
ſit, regulariter exercetur contra
voluntatem parentum, quibus filii,
vel pupilli obedire debent.

ri- VII. Si tempore nocturno fiat
a- propter periculum cadendi, & ſcan-
i- dali.

VIII. Si fiat sub prætectu honestæ recreationis, & relaxandi animi, quia semper urget periculum, & occasio proxima labendi ex longa mora, in qua habentur colloquia mutua, aspectus, protestatio amoris, &c.

IX. Si eo modo fiat, ut ex se involvat periculum primum osculorum, tactuum &c. etiamsi aliunde ille amor esset licitè exercitus, quia est inter solutos, & causa Matrimonii: si v. g. domi admittatur Amasius, vel ita approximetur, ut nemo non videat adesse occasionem proximam tactuum.

X. Si amator, vel amatrix animadvertat complicem amoris esse graviter tentatum, vel alterum urgere verbis turpibus, vel alio modo ad inhonestam, &c. etiamsi alter complex nihil tentetur, & nullam sentiat inclinationem ad peccandum, in quo casu erit utrique illicitus amor ille propter periculum proximum delectationis, & scandali activi in uno, & passivi in altero, in

quo

quo g
ga p
X
quen
amor
ter l
xam
occa
omn
Pe
lati
terre
veh
con
sup
amo
cun
Et
eo
non
tra
qu
&
&
n
f
fi
o
r

quo graviter læderetur charitas erga proximum.

XI. Denique universaliter loquendo, quotiescunque ob causam amoris amator, vel amatrix frequenter labitur in aliquam gravem noxam, tunc amor induit rationem occasionis proximæ mali, & est omninò illicitus.

Ponderentur benè casus omnes hìc relati, & super his debitâ cum cautela interrogentur pœnitentes hac passione vehementer incitati, & certe experienciâ constabit, indubitatam esse propositionem supra relata: scilicet, quod profanorum amorum studium hodie ut plurimum secum trahat occasionem proximam peccati; Et si ita se res habet, an non asperius cum eo procedendum, qui sæpiùs admonitus non vult se emendare, ac insuper contradicens Confessario vî conatur extorquere absolutionem.

Ad tribunal tremendum iusti Dei cito, & voco Confessarios illos, qui sub specie, & larva benignitatis adedò perniciosæ omnes sine ulla reflexione absolvunt, & sunt ruina juventutis, imo mundi universi; nam à juventute malè educata mala omnia, moresque perversi in familias derivantur, & per consequens præjudicium

fit commune ad totius usque universi infectionem.

- 85 Antequam finem materiæ de occasione proxima imponam, adverto, multos quidem Confessarios bono flagrare zelo non solum separandi, sed etiam longius removendi suos pœnitentes ab omni occasione proxima peccandi contra castitatem, verum negligunt hi postea suis pœnitentibus interdicere alias occasiones, quæ sæpè nimis contra alia præcepta Dei militant.

Gloriosus S. Carolus tetigit punctum hoc, & inter occasiones, quæ *non sunt in esse*, recenset illas, quibus affixi sunt illi, qui ratione artis, vel opificii frequenter labuntur in peccata gravissima blasphemix, furti, injustitiæ, calumniæ, odii, fraudis, perjurii, & similia. Ac vult eis differri absolutionem, si bis, aut ter admoniti, non dant signa emendationis, imo si post repetitas admonitiones non se emendant, obligandos esse ad relinquendam artem, quæ ipsis occasionem peccandi præbet. Quamvis, antequam ad tumultuosam hanc resolutionem deveniatur, maturò opus sit consilio & deliberatione, & pensando curatè, quod in hoc v. g. Medico, Chyrurgo, Caupone, Mercatore, avvocato, procuratore, & similibus sit impossibilitas moralis dimittendi officium, cum sine hoc aliàs ipsis modus procurandi victum non suppetat, tractari debet Occasione.

tionarius talis per aliquod tempus sicut recidivus, qui sine illicio causæ extrinsecæ peccat. Verum si post tentata omnia media peccata peccatis accumulare pergit, nec in eo ulla conspicitur emendatio, obligandus erit ad dimittendam officium, futuram aliàs causam æternæ damnationis.

Strictiorem multò rigorem observandum præcepit relatus Archi-Episcopus cum illis, qui ludos adeunt publicos, familiaritatem foveant cum blasphemis, frequentant tabernas, quæ omnia occasionem saltem respectivam peccandi suggerunt; quia stante mala sua dispositione, eapropter frequenter labuntur in culpas gravissimas ebrietatis, rixæ, murmurationis, & similibus, atque ideo (ait S. Carolus) absolvendi non sunt, nisi antecedenter occasiones fugere adpromittant, & si post factas bis, vel ter promissiones relabuntur, absolutè deneganda eis erit absolutio.

Edicite jam pro mentis vestræ candore Confessarii charissimi, an praxis Confessariorum modernorum concordet cum Theoria, & doctrina Patrum antiquorum? Totum, quod hucusque fuit dictum avidè semper, pressèque tenuère Theologi sapientiores, & præterea fundatur in determinationibus Ecclesiæ censuras fulminantis contra illos, qui docere præsu-

munt posse absolvi aliquem in occasione proxima constitutum; & in praxi quid agitur? quis modernorum Confessarium stylus? differtur ne, vel negatur absolutio pro tempore, vel loco prout necessitas pœnitentis exigit? Eheu, cruentat spina cor meum! experientia luctuosa in sacris missionibus contrarium clamat; vix enim in his pœnitens putridas fœtentésque peccatorum suorum plagas zelosiori Dei Magistro ostendit, & interrogatur ab eo: Fili mi quanto tempore in hoc luto hæres? resp. Sunt octo, decem anni. *Sapiusne in hoc peccatum laberis?* Omni die Pater, ad minimum bis, aut ter in septimana. - - *Semper es confessus?* Ita Pater. - - *Confiterisne sapius?* Bis omni bimestri. - - *Stabilitérne ani confiteris?* Non Pater! jam huic, jam illi. - - *Ergo per decem annos istos, quasi omnibus hujus viciniae Confessariis crimina exposuisti tua?* - - Ita Pater. - - *Quid tibi dixerunt?* - - Ut non ad iniquitates meas redeam. - - *Semperne te absolvère?* - - Semper Pater!

Ah proditores! dicit meritò in corde suo, zelo fremens Confessarius, cujus pectus ardore salvandi animas æstuat. Ah proditores! ecce animam miseram! infami a Tassinio occisam, quæ tanto annorum spatio hominem non habuit. Nunquam eheu! reperit Confessarium chari-

sione quidario ab ne uen- tuo- cla- idas gas in- em- cto, um um es sa- ne m as- za ti- es ? le as t. - - -
tate imbutum, misera anima, qui eam ad eluendas in sacra bonæ Confessionis piscina peccatorum maculas, blandè impulisset; sanè eò gravior est dolor, qui me cruciat, quo major tam occisorum pœnitentium, quàm indulgentiorum Confessariorum est numerus; ex mala enim directione unius pœnitentis facilè in notitiam quasi omnium loci illius Confessariorum devenitur.

Ne indignemini charissimi, si subscripsero sententiam cujusdam DEI ministri, qui animum advertens ad nimiam indulgentiam Confessariorum nostri temporis oculis clausis consuetudinarios, & occasionarios sine respectu ad decisiones Ecclesiæ absolventium, altum suspirans agebat: Aut Ecclesia fallitur, & errat? aut magna pars Confessariorum damnatur? Verùm quia Ecclesia ob continuam Spiritus sancti assistentiam non est erroribus subjecta, dicendum venit, magnam Confessariorum partem damnari, cum multi eorum non obediunt Ecclesiæ præcipienti, non absolvendos Occasionarios, qui possunt, & nolunt proximam peccandi occasionem relinquere. Hunc in modum discurrebat Minister ille DEI, cujus sententia mihi probata etiam confirmatur à quocumque Apostolico ministerio sedulò incumbente, animasque in viam salutis reducere satagente, Eheu! non plangitur uni.

universalis tot animarum ruina à Confessariis omni zelò destitutis illata, qui sine long examine, sine distinctione, sine interrogatione indifferenter absolvunt, & in occasione proxima, & remota constitutos, continentibus, & concubenarios, meretrices & virgines. Verbò: discindunt conscientiarum nodos crassâ rurali falce, & dum catenas pœnitentium rumpere deberent, eas sibi duplicatas injiciunt, æternamque damnationem consciscunt. Ergone nullum malo huic arcendo superest remedium? Ah! ad manus est remedium Charissimi! firmandum est fœdus nostrum, & quando pedibus nostris Occasionarii accidunt, non patiamur nos timore panico concuti, aut vili mundi respectu superari, sed dicamus clare, & aperte: abite! occasionem tollite, & ad absolutionem percipiendam redite.

Porro si occasio non est *in esse*, & admoniti à zelosis Confessariis non fuerunt obsecuti, differatur absolutio, usque dum occasionem absciderint, veræque emendationis dederint signa. Et ecce remedium! sumus proinde in sacramento pœnitentiæ dispensando fideles, id quod spero à vobis. Is verò, qui secus fecerit, & ad tantam adhuc lucem cæcutit, timeat venturam DEI Iram.

26 Imprudentia equidē Confessariorum improvidè indisciplinatos absolventium immenſum affert miseris animabus detrimentum,

iffessa- tum, ut hucusque expendimus. Verum
i sine longè gravius secum trahit absolutio data
roga- iis, qui in veritatibus sanctæ fidei, præci-
occa- pue necessitate medii credendis, non sunt
con- illuminati. Eam ob rem in medium pro-
es & duco tertiam ex allatis suprà damnatis pro-
e no- positinibus.

*Absolutionis capax est homo, quantum-
vis laboret ignorantia mysteriorum fidei, &
etiamsi per negligentiam etiam culpabilem
nesciat Mystrium sanctissimæ Trinitatis &
Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.*
Non equidem obligationis est, ut Confes-
sarius doctrinam Christianam in Confessio-
nali ordinariè exponat, muneris tamen sui
debito ligatur, ut doceat pœnitentes ea,
sine quorum notitia incapaces sunt absolu-
tionis: atque una harum est cognitio Myste-
riorum principalium sanctæ fidei, ideoque
dum rudis quispiam, veluti, rusticus, bu-
bulcus, miles, aut alius sylvestri è populo,
qui nunquam in principiis vitæ Christianæ
à Curatis, Pastoribus, aut Parentibus be-
ne fuit instructus, confessum venit, dul-
ci est charitate excipiendus, jubeatur fa-
cere signum crucis, edoceatur implorare
auxilium DEI ad benè confitendum, &
percutere pectus, ac signo quodam ex-
terno devotionis sensibilis erudiatur po-
stulare Misericordiam DEI. Subin in-
terrogetur de Mysteriis, quæ ejus gene-
ris homines ut plurimum solent ignora-
re.

re, & si nescit mysteria principalia DEit^{ate},
 unius, & Trini, Incarnationis Verbi, & tia in
 Remuneratoris, non est capax absolu^{sā} cu
 tionis, si illa prius non addiscit, saltem absol^{Ve}
 in tantum, ut eorum fidem possit elice^{subin}
 re, videlicet: sicut aliqui declarant, ut ris c
 omni meliori possibili modo intelligat^{duces}
 tres esse personas, quæ appellantur Pa^{inter}
 ter, Filius, & Spiritus sanctus, sunt^{dend}
 que unus DEUS solus, & non tres Dii^{ti, c}
 & quantum Incarnationem attinet, se^{berio}
 cundam personam factum esse hominem, tisfa
 & nominari Iesum Christum, ac quam^{ctus}
 vis Christus sit DEUS, non tamen duos^{opti}
 esse Christos, quantum verò fidei Remu^{effic}
 neratorem concernit, DEUM dare pa^{sacr}
 radisum bonis, & infernum malis. Ne^{reci}
 que consultum est, remittere similes pœ^{cha}
 nitentes, ut ab aliis instruantur, nullus^{go}
 enim inde fructus sperandus, quàm quod inⁱⁿ
 tenebris ignorantiae usque ad mortem in^{fug}
 voluti persistant. Atque ideò expedit^{lib}
 breviter terminis illorum capacitati ad^{sis}
 aptatis principalia misteria fidei expone^{qu}
 re, ac cum illis actus fidei, spei, chari[&]
 tatis, & contritionis elicere, inculcatâ de^{fa}
 mùm obligatione adeundi Parochos suos,^{cr}
 aut curatos ad exactiorem mysteriorum,^{co}
 etiam necessitate præcepti credendorum^{re}
 capiendam notitiam. Nec ad id requiⁿ
 ritur tantum temporis, quantum primâ^b
 fronte videtur, cum mirandâ fiat brevi^{tate,}

a Deitate, & postquam dolorem de negligenti-
 a, & in addiscendis fidei mysteriis commif-
 bfolu- sã cum pœnitentibus elicuerunt, eos
 altem absolvant.

elice Verum, quia talis ignorantia etiam
 t, ut subinde reperitur in civilibus, & melio-
 lligat- ris culturæ hominibus, qui probro sibi
 r Pa- ducerent, si de mysteriis fidei ita planè
 sunt interrogarentur, ego ad me securum red-
 Diu- dendum in hoc puncto maximi momen-
 , se- ti, cum homines vanitatì dediti, & li-
 nem- beriori vitæ assueti, ordinariè non sa-
 uam- tisfaciant obligationi eliciendi dictos a-
 duos- ctus fidei &c. studeo iisdem humaniori
 emu- optimo quoquo modo significare mediũ
 pa- efficacissimum ad procurandum valorem
 Ne- sacramenti, illũdque majori cum utilitate
 pœ- recipiendum, esse actus fidei, spei, &
 illus- charitatis prius elicitos; & dein subjun-
 uod- go, si placet, eliciemus simul: dic pro-
 in- in corde, & intus dic, quod tibi lingua
 edit- sugero: Credo mi Deus, quia tu infal-
 ad- libilis veritas Ecclesiæ revelasti, quod
 ne- sis unus Deus solus in tribus personis æ-
 ri- qualibus, quæ appellantur Pater, Filius
 de- & Spiritus sanctus. Credo quod Filius
 os, factus sit homo, mortuus pro nobis in
 n, cruce fuerit, resurrexit, & ascenderit in
 um- cœlum, unde venturus est judicare, & da-
 ui- re bonis paradysum, malis pœnas æter-
 nã- nas inferni. Credis hæc mysteria corde
 ri- bono! nōne verum est? Ita Pater? Eli-
 cia-

ciamus nunc actum spei: Spero mi Deus nam a
quia infinitè misericors, & omnipotens et, si
quod mihi sis concessurus veniam me actus
rum peccatorum, gratiam in hac, & pferit
gloriam in altera vita æterna per meri liter,
ta Redemptoris mei JESU, & median fuli fo
bus bonis operibus, quæ cum auxilio tu lidior
me facturum confido.

Sperasne verè à DEO adeò misericor tum p
di veniam peccatorum; nōne verum pend
est? Ita Pater! Elice jam actum amo omni
ris DEI: DEUS meus, quia summum quos
bonum es, amo te super omnia, & pro M
pter amorem tui amo, & volo amare adm
proximum meum sicut me ipsum. Amas est,
DEUM toto corde verò non fictò? Ita dere
Pater! ecce jam præcedentibus istis acti ne,
bus pœnitentem insigniter dispositum ad nt i
eliciendam contritionem! Veniam jam quo
peccatorum à DEO flagites, & intimo F
cordis dolore percutiendo pectus tuum, per
dic: Domine JESU Christe, pœnitet me nes
offendisse Te, quia summum bonum es, far
propono te nunquam ampliùs offendere. est
nunquam, nunquam ampliùs. &
da

Porro actum contritionis bis repeti ju- ta
beas, semel ante pœnitentiam injunctam, ef
deinde mox ante dandam absolutionem; fr
non assero: praxim hanc cum omnibus na
observandam; quamvis me non lateat, na
quibusdam personis distractis, & negli- m
gentioribus in rebus concernentibus æter-

nam animæ salutem summæ fore utilita-
 ti, si Confessarius laborem eliciendi hos
 actus cum suis pœnitentibus in se assum-
 pserit, maximè dum confitentur genera-
 liter, sanè recedent hi limpidissimo per-
 fusi solatio, & Confessarius ipse plûs so-
 lidioris spiritualis gaudii perfruentur; in-
 ter cuncta namque sacramenta sacramen-
 tum pœnitentiæ magis quoad valorem de-
 pendet ab actibus pœnitentis, quàm ab
 omnibus aliis diligentis, & conatibus,
 quos adhibere potest Confessarius.

Maximum sanè prudentiæ punctum in 27
 administratione Sacramenti Pœnitentiæ
 est, se omni possibili modo securum red-
 dere de interna pœnitentium dispositio-
 ne, quæ tota consistit in actibus illorum,
 ut ita prudentiæ pasti pane certiores
 quoque reddant salutem suam æternam.

En jam ad terminum discursûs nostri
 pervenimus, in quo post distributos pa-
 nes bonitatis, & prudentiæ omni Confes-
 sario adeò necessarios, tandem quærendus
 est panis doctrinæ, sine quo Minister Dei
 & suam, & pœnitentis animam æternæ
 damnationis exponeret periculo, sed quan-
 ta, & qualis necessaria sit scientia non facile
 est determinatu. Videtur equidem prima
 fronte, quod cum Confessarius pro tribu-
 nali sedeat ad declarandam cunctis legem
 naturalem, & divinam, & dirimendas o-
 mnes conscientie causas, quæ sunt abyf-
 sus,

fus profundissima, & insuper ponderandas, dimetiendâsque actiones humanas diversissimas, & plurimum intricatas, requiratur labor immanis, & applicatio quasi infinita, atque adeo scientia eminentissima. Verum non sic: à sacris namque canonibus non reprobatur scientia mediocris, & hoc infallibiliter verum erit, si quando defectus largioris scientiæ bonitate vitæ compensatur.

Ut paucis materiam hanc absolvam, dico: omnem Confessarium lege naturali, & divinâ, tantâ instructum esse debere doctrinâ, ut secundum Episcopi judicium, & dictamen propriæ conscientiæ habilis sit ad excipiendas confessiones personarum illius loci, ubi se exponit. Atque tempore congruo, & applicatione multis moralibus studuerit, ac præter, cognitionem speculativam doctrinarum, praxi & exercitio applicandi regulas generales casibus particularibus imbutus, sit necesse; in hoc enim ceu præcipuo cardine scientia vertitur moralis. Nunquam Confessario cessandum à studio, & lectione probatorum authorum, discurrendum est, disputandum est, & in casibus novis emergentibus doctiorum consilium est exquirendum. In materiis frequentius occurrentibus promptum sciat ferre judicium, in arduis sufficit prudenter dubitare, quas tamen ante impensum studium, aut flagi-

latum ab alio consilium non decidat, semperque ad manus habeat regulas generales, ut discernere valeat inter lepram, & lepram, & distinguere qualitates peccatorum, an hæc mortalia sint, vel venialia. Perpendat insuper circumstantias speciem mutantem, & notabiliter aggravantes, aut minuentes. Scire præterea eum oportet casus Papæ reservatos, vel Episcopo, habentes annexam censuram reservatam, aut secum trahentes onus restitutionis. Peccata insuper frequentius committi solita in omni officio, vel conditione, dispositiones essentialiter in poenitentibus requisitas ad percipiendam cum fructu absolutionem. Casus, in quibus repetendæ sunt Confessiones præteritæ, propositiones damnatas à summis Pontificibus, constitutiones publicatas in diocesis, quæ aliquomodo ligare queunt conscientias.

Nec scientia hæc æqualis debet esse in omnibus; qui enim se exponit ad audiendas Confessiones simplicium in pagis, minore cum scientia securus esse poterit: verum qui se exponit in civitatibus, aut peragendo Missiones peragrat Provincias, largius tinctus sit oportet. Summatim Confessario ad similitudinem Medici studendum semper, atque ideo obligatus est interesse conferentiis casuum in Diocesi fieri solitis, & Episcopus invigilare te-

netur, ut in omnibus civitatibus & confessariis, ubi numerosior extat populus, diad exatæ conferentiæ habeantur. Insuper pro gravio curare, ut decidantur casus practici, & Confessariis graves eorum obligationes ob oculos statuatur, quamvis sint homines docti, cum verissimum sit (uti observat Gerson Cancell. Tract. de orat.) quod subin multi doctissimi Theologi, quò profundiores, & subtiliores sunt in scientiis speculativis, eò debiliores, & rudiores sint in moralibus; præsumentes enim de semetipsis dedignantur revolvere libros Casistarum, & tandem miserè in praxi impingunt. Errant etiam non rarò senes, qui pigrâ lassitudine victi libros valere jubent, & in haustam nimium quantum confidentes experientiam comparatâ tot annorum praxi casus omnes decidere, ac uno quasi ictu nodos cunctos dissolvere pertentant.

Hi sanè intolerandæ sunt audaciæ, qui (ut cum Apostolo loquar) necdum didicerunt, *quemadmodum oporteat eos sapere*; omnes enim emergentes casus sola praxi resolvere projectæ, & imprudentissimæ est temeritatis.

Studendum itaque, studendum est charissimi, si volumus muneri nostro facere satis; quemadmodum enim Doctores omnes gravis culpæ reum pronuntiant poenitentem, datâ operâ eligentem Confes-

& confessarium indoctum, minusque habilem
 , diad exercendum officium suum, ita longè
 pro graviore inquinatum noxâ censent Confes-
 ci, & sarium, qui absque sufficiente scientia pro
 nes of sacro sedet tribunali, cum Deus ipse per
 homi Oseam 4. c. 6. v. contradicat authoritati
 ti ob ejus, quâ gloriatur. *Quoniam tu scien-*
 rat.) *tiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio*
 logi *fungaris mihi.* Non dixit, *ne sis sacerdos*
 et in non ei tollit impositum sacerdotale mu-
 & ru nus, sed dicendo: *repellam te, ne sacerdo-*
 entes *tio fungaris mihi,* prohibet sacerdotii,
 olve potestatis scilicet ligandi, & solvendi
 iserè exercitium ob grave periculum, cui suam,
 non & pœnitentis animam, debitamque sacra-
 ti li mento reverentiam exponit. Studendum
 ni itaque (repetitis vicibus inclamo) studen-
 iam dum est charissimi, nulla dies abeat, quâ
 om non casus quidam practicus revideatur;
 odos Rituale namque Romanum omnes gravis
 iæ, obligationis necessariam comparandi do-
 lum etrinam admonet his verbis: *omnem hujus*
 eos *sacramenti doctrinam rectè nosse studebit,*
 fo *& alia ad ejus rectam administrationem*
 en *necessaria.*

Cætera inter Confessario scitu necessa- 28
 ria ad reddendum irreprehensibile ministe-
 rium suum non ultimum locum obtinet
 scientia injungendi pœnitentias debitas
 pœnitentibus ad pedes suos provolutis. S.
 Concilium Trid. Sess. 14. cap. 4. Confes-
 sarios attentos jubet, ut ne pro peccatis

gravissimas imponant pœnitentias, & pœniter
mandat, ut pœnitentia illis imposita omnes
quamdam habeat proportionem, & cum tudine
peccato audito, & peccatore se accusante rûmque

Certum est, levissimam fore pœniten- quodda
tiam, si pro numero non exiguo adulte tota qu
riorum, aliarûmve impudicitiarum, unum à Cono
Pater & ave dictaretur, aut unum *Mis* majori
rere pro peccatis injustitiæ, seu iniqui quâm
ablationibus bonorum fortunæ, vel famæ pro pe
inde enim perturbatio, & confusio ordi determ
nis nasceretur ab ipsomet concilio memo jejunia
rata, scilicet quod homines amisso debito test fre
horrore peccatorum, ea leviora existiman- stat ex
tes, occasiones committendi majora secta quia f
rentur. Non igitur imponendæ sunt pœ- stolicu
nitentiæ levissimæ respectu peccati com- cit fo
missi, uti nec gravissimæ respectu pecca- bus c
toris delinquentis, ne impare viribus suis debet
onere opprimatur; atque inde colligitur bunal
pœnitentiam à Confessario non esse impo Et
nendam temerè & fortuitò, nec omnibus gent
eandem, veluti nec Medicus omnibus rarum
eandem præscribit potionem. Concilium rent
Tridentinum ait: consiliarios pœnitentia- rager
rum salutarium debere esse spiritum Do vitiu
mini, & prudentiam Ministri, quâ igitur dæ,
ratione pœnitentiæ adeò inconsideratè jejun
nonnullis injunguntur? clesia

Attendant quoque Confessarii quidam auste
imprudentes, pœnitentias extravagantes centi
& indiscretas imponentes: intelligo autem & fir

pœni-

as, & pœnitentiarum extravagantium nomine
omnes illas, quæ sunt alienæ à consue-
tudinē Ecclesiæ, & praxi piorum docto-
rūque Confessariorum, atque ut lumen
quoddam accendam in hac materiā aliās
tota quanta discreto Ministrorum arbitrio
à Concilio relictā, regulam infallibiliorem,
majorisque authoritatis invenio nullam,
quā stylum sacre Pœnitentiariæ, quæ
pro peccatis licet gravissimis alias haud
determinat pœnitentias, quā orationes,
jejunia, eleemosynas, & quando fieri po-
test frequentiam sacramentorum, uti con-
stat ex litteris ejusdem sancti Officii. Et
quia sacra Pœnitentia tribunal est Apo-
stolicum, quod vi institutionis sui respi-
cit forum conscientiæ, Confessariis omni-
bus certæ instar normæ, & regulæ esse
debet secundum quam cautè in sacro tri-
bunali procedant.

Et verò adhibita hac regula non impin-
gent in scopulos pœnitentiarum indiscre-
tarum, uti eveniret, si famulis præcipe-
rent audiendas plures Missas, aut alia pe-
ragenda opera, præstandum Domino ser-
vitium impredientia, vel sæminæ gravi-
dæ, aut lactenti protracta per plures dies
jejunia, puellæ teneræ visitationem Ec-
clesiæ longius distitæ. Maritatæ usum
austeritatum corporalium Marito displi-
centiam, aut suspicionem ingenerantium,
& similia alia, personæ, cui imponuntur,

haud proportionata, dum scilicet non considerantur locus, tempus, ætas, status & vires pœnitentis. Sed (ais) quænam ergo pœnitentiæ determinatè imponendæ veniunt?

Mihi juxta regulam communem videntur seligendæ tales, quæ opponuntur peccatis commissis, ut eleemosyna avaro sensuum illecebris dedito pœnam quamdam sensuum afflictivam &c.

Generaliter loquendo meliores erunt, quæ præter pœnalitatem, quam in vindictam præteritorum peccatorum secumferunt, aptæ sunt ad pœnitentem immunem à futuris peccatis fervandum.

Ideoque si pœnitens fuerit recidivus, bonum foret, si pœnitentia aliquo perderet tempore, *ne dum ad vulnus curandum, sed etiam ad cicatricem sanandam*, ut ait Chrysostomus hom. 2. in Psalm. 50, quia frequentiori applicatione remedii melius vitium curatur. Atque hic est stylus sacrae Pœnitentiariæ, quæ non per plures annos, præterquam in casibus rarissimis, verum per aliquot dies, & subinde per aliquot menses peragendam dictare assolet pœnitentiam, prout pœnitentis necessitas exegerit.

Porro ut ad praxim deveniamus, audita pœnitentis Confessione facienda est ei fervens evhortatio, oculis subjicienda peccatorum gravitas, & citandi juxta moni-

on cor
status
ænam
nenda
m vi
untur
varo
quam
runt
indie
umfe
nem
vus
rdur
dum
t ait
quie
liis
ylus
ures
nis
per
let
tas
an
t ei
ec
ni

tum S. Caroli Borromæi canones pœnitentiales, ut notitiam capiat pœnitentiarum asperrimarum pro uno duntaxat peccato olim impositarum. Demùm subiungendum: Fili gravissimam sanè pœnitentiam fuisses promeritus, sed contentus sum, si hanc oppidò mitem perfeceris: atque ita blandis verbis disponatur ad libenter acceptandam pœnitentiam.

Porro pœnitentiæ magis congruæ (exceptis casibus extraordinariis) poterunt esse sequentes, non quidem omnes pro semel, sed jam illa, jam verò etiam simul imponendæ prout personarum qualitas, aut necessitas cujuscunque postulârit.

I. Supposita, quod pœnitens in plura 29
gravia lapsus fuerit peccata, plurimùm proderit injungere, ut octo, aut quindecim diebus recitet tertiam partem Rosarii non tepidè, sed spiritu devotionis compunctus, exorando Virginem sanctissimam, ut ei remissionem peccatorum, & gratiam illa non amplius committendi impetret; & si consuetudinarius fuerit, aut Confessionem generalem necessitate compulsus v. g. ob reticium ex verecundia peccatum, vel aliam causam similem faciat, poterit pœnitentia prædicta extendi ad duos, vel tres menses, secundum qualitatem habitûs ab eo contracti, ex quo magna nonnunquam oritur utilitas; accidit enim subinde, ut pœnitens per duos

vel tres menses assuefactus pœnitentiæ inf
perfolvendæ, toto vitæ tempore non am
plius recitationem Rosarii omittat. tempor
tatis d

V.
& Av
semp
eundo
Ut to
li de
legat
Or
impo
hom
ut si
oblit
possi
pter
aut
non
culp
illat
vis
mè
A
din
Ec
gu
ali
ali
di
Pa
ve

II. Ut singulis diebus manè & vespere
in honorem Immaculatæ Conceptionis
Virginæ Matris oret tria Ave Maria,
simulque eliciat actum contritionis & pro
positi firmissimi manè, non peccandi tota
die, & vespere non peccandi nocte illa,
simul jubeat ea recitari de genibus, aut
alio situ incommodiore. Pœnitentia hæc
omnibus universaliter imponi potest, cum
sit remedium præservans præstantissimum
medendi vitiosis animarum consuetudini
bus: & ô utinam audirent me Confessarii
omnes, certè implorarem, ut pœniten
tiam hanc omnibus imponant per aliquod
temporis spatium, ipsis benè visum, &
certè reportabunt singulare ex hac emo
lumentum, prout practica me docuit ex
perientia.

III. Ut tot v. g. Missas audiat. dum
modò id complendis obligationibus suis
non obftet, ut superius dictum, suggera
tur quoque ei, ut eas audiat diebus festi
vis, aut aliò tempore commodiore.

IV. Ut omni mane faciat actum obla
tionis sui incipientem: *Æterne Deus!* re
latum in fine opusculi de Confessione ge
nerali, aut aliud exercitium Christianum
comprehendens actus fidei, spei, & chari
tatis, & omni vespere examen conscien
tiæ

tie instituat; determinetur postea eidem temporis spatium, quo hæc exercitia pietatis durare debeant.

V. Ut omni die recitet quinque Pater & Ave in honorem quinque vulnerum, semperque ab uno vulnere ad aliud trans-eundo consideret passionem Salvatoris. Ut tot vicibus visitet Ecclesiam à specia-li devotione celebrem. Ut, si capax est, legat per aliquod tempus librum pium.

Omnes pœnitentiæ hucusque assignatæ imponi possunt cujuscunque conditionis hominibus; admoneatur autem pœnitens, ut si fors adimplendæ pœnitentiæ fuisset oblitus, non faciat sibi scrupulum, sed possit alia die omissam supplere, & si pro-pter circumstantias quasdam gravamen, aut incommodum eam implere videretur, non ea propter existimet omissionem ad culpam gravem imputari. Hoc modo non illaqueatur conscientia pœnitentis, quam-vis curatio ejus prolongetur, quæ ei sum-mè est necessaria.

Aliæ porrò sunt pœnitentiæ, quæ or-dinariè duntaxat particularis statûs v. g. Ecclesiastici, vel intelligentioribus injun-guntur personis, ut v. g. mediâ horâ aliquibus diebus meditari novissima, aut aliam veritatem Christianam. Jejunare die sabbatho, si robustæ sit complexionis, Patrifamilias injungi potest, ut faciat ad vesperum à familia sua recitari Rosarium.

Blasphemo, ut tot cruces lingua sua faciat in terra, quot blasphemias evomit. Ebrio, ut toties à vino abstineat, vel illud benè aqua dilutum bibat. Rulioribus quibusdam Juvenibus, quos sensibilibus duntaxat movent, ut recitent aliquot Pater & Ave supra sepulchrum quoddam considerantes incertam mortis horam, & fluxam mundi vanitatem. Sollicità tamen semper (ut suprà memini) attentione caveat Confessarius, ne pœnitentias extravagantes, & indiscretas imponat, quæ pœnitentes absterreant à sacramento SS. & sacro Ministerio vilipensionem accersant.

- 30 Solet moveri quæstio. an præstet imponere pœnitentiam levem, an verò gravem? & respondetur salvis regulis generalibus suprà adductis melius esse propendere in partem mitiorem, maximè si pœnitens non libenter acceptaret pœnitentiam graviolem, vel Confessarius crederet eam planè ab illo omittendam: quo casu pœnitentia in leviolem commutari, aut, uti jam dictum, levior potest imponi sine reatu culpæ gravis. Exceptis aliquibus casibus peccatorum recidivorum, & malis peccatorum habitibus foetentium, quibuscum majori procedendum est rigore, & sicut ait peritissimus Connink de sacr. dist. 10. dub. 8. numero 37. potius relinquendi sunt in periculo omittendi pœni-

pœnitendo
tino
sapè t
Sun
Conf
num,
part
habe
uti d
i. a
tò m
pœn
quod
rii,
ann
præ
nim
ctus
die
ite
mū
gr
te
A
te
m
pu
ju
p
a

*pœnitentiam, quàm, ne peccata contem-
nendo, ea sapiùs perpetrent, & sine legi-
timo dolore confiteantur, quod in talibus
sapè timendum est.*

Sunt tamen aliqui casus, in quibus
Confessarius largiorem potest præbere ma-
num, & pœnitentias imponere leviores,
particulariter, quando pœnitens magnam
habet de peccatis commissis contritionem,
uti docet Angelicus in 4. dist. 15. ques.
1. art. 3. *Quantò est major contritio tan-
tò magis diminuit de pœna, & minoris
pœnæ fit debitor.* Notum est exemplum,
quod legitur in vita S. Vincentii Ferre-
rii, qui austeriorem pœnitentiam trium
annorum magno injunxerat peccatori, quo
præ nimia contritione respondente levem
nimium dictatam esse pœnitentiam, san-
ctus subito eam ad tres duntaxat reduxit
dies, & reclamante illo, ac augendam
iteratis vicibùs suspiriisque flagitante, si-
mùlque periculum æternæ damnationis nî-
grandiorem Ferrerius imposeret allegan-
te, magis eam sanctus ad tria Pater &
Ave diminuit. Mortuus est subitò pœni-
tens præ contritionis excessu, & ani-
ma ejus in cœlum evolare visa est, quin
purgatorium vel à limine salutaret.

Ad tollendum præterea Confessariis in-
jungentibus, & pœnitentibus leviozem im-
plentibus pœnitentiam, scrupulum omnem,
affero, sufficere usum indulgentiarum do-

cente Angelico in 3. dist. 20. q. art. 3. *quod indulgentiæ valent, & quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad iudicium DEI, ad remissionem pœnæ residuæ, post contritionem, & Confessionem.* Atque ideo Doctores conveniunt, quod tempore Jubilæi, aut die indulgentiarum plenariorum injungi possit pœnitentia levior, quæ nihilominus per merita Christi applicata ex thesauro Ecclesiæ, proportionata erit peccatorum remissioni. Facilior quoque satisfactio pro peccatis præstatur frequentatione viæ crucis, quâ pretiosiores imponere Confessarius nequit pœnitentiam, tum ob valorem indulgentiarum totam residuam pœnam aliàs in purgatorio luentiam delentium, tum ob memoriam Dominicæ passionis, quæ est satisfactoria in summo gradu, ut ait Blosius; nam etiam per breve tempus meditari passionem Redemptoris est opus maioris utilitatis, ac meriti quàm jejunare in pane, & aqua, corpus flagellis, usque ad sanguinem cedere, & Psalmos Davidicos omnes percurrere. Tum quia est Alexipharmacum præservans nobilissimum adversus ultiores lapsus. Et hinc

Quanta possum contentione, omnique spiritûs efficacia oro, rogo, atque obtestor Confessarios omnes, ut maximum viæ crucis thesaurum pœnitentibus suis ostendant, hocque animas eorum ditare studeant,

rt. 3. deant, pœnitentiæ locò injungentes visi-
 m ad tationem viæ crucis tot v. g. vicibus per-
 icium ficiendam, & hoc factò scrupulum ponant,
 poss an aliæ impositæ pœnitentiæ sint propor-
 ideo tionatæ, cum sola visitatio viæ crucis
 e Ju plurimas alias largissimè suppleat pœni-
 aria tentias.

quæ Nec severius agendum censeo cum iis,
 cata qui non necessitatis, sed consilii, & majo-
 erit ris utilitatis ergo generali exomologesi
 que noxas expiare cupiunt. Tum quia pœni-
 ten- tens majori tunc dolore crimina plangit,
 im- tum quia sicut is non contraxit obligatio-
 m, nem confitendi omnia peccata, ita nec
 am Confessarius proportionatam omnibus
 en- omninò peccatis, utpote jam confessis, &
 do- expiatis pœnitentiam imponere tenetur.

in Quod pœnitentias conditionatas attinet,
 m illas scilicet quæ sub conditione relapsus
 e- ab aliquibus imponi solent v. g. jejunium
 ac aut eleemosyna approbantibus Diana, &
 a, aliis, duæ reflexiones sunt oppidò neces-
 e- sariæ. Prima est, ut pœnitentia non sit
 r- nimis ardua & difficilis, quia alias omit-
 n tunt, & quando etiam semel duntaxat in
 ea peragenda defecerunt, existimantes
 e postea ruptum jam ex integro pactum
 cum Confessario initum, animum despon-
 dent, & peccata sine fræno continuant.
 Altera: quod nonnulli pœnitentes simi-
 lem injectam pœnitentiam vectigalis,
 gabellæ, aut tributi loco habeant, cen-

fentes hâc persolutâ integrum eis fore peccare, ut prius; unde cautelâ opus est, ac circumspêctione, edocendique pœnitentes modum similes pœnitentias peragendi. Attendendum prætereâ, ne, quando pœnitentibus eleemosynam erogandam aut celebrandas Missas injungunt, se Ecclesiam, aut conventum suum determinant, sed totum quantum relinquunt arbitrio pœnitentis, prout in variis Conciliis fuit ordinatum. Finem huic materiæ solô hoc adnexô impono conciliô, scilicet, ut in conferentiis, & discursibus fieri solitis sæpius colloquantur de modo procedendi cum pœnitentibus ad inducendam in dirigendis animabus uniformitatem, sive dein materia discursûs sit impositio pœnitentiarum, sive suggestio consiliorum pœnitentibus dandorum, sive aliud quid salutem animarum concernens, & sint de reportanda exin maximâ utilitate persuasi.

Sigillum nostri discursûs erit sigillum sacramentale, de quo brevi tractaturus compendio, adducam reflexiones quasdam lumen quodpiam accensuras, ad non aberrandum cum gravamine conscientiæ à tramite, suppositâ igitur communi doctorum sententiâ nos ad sigillum jure divino, naturali, & Ecclesiastico arctissimè esse adstrictos, judico tenendum ceu regulam universalem, scilicet auditâ in Confes-

peccatione ita esse silentio perpetuo obli-
 ganda, ac si nunquam fuissent audita. Re-
 prehensiva sanè est multorum impruden-
 tia, indifferenter casus in Confessione per-
 ceptos effutientium, ac si auditi fuissent
 in platea. Credo equidem id à nonnullis
 bonâ fieri intentione, & sine periculo de-
 veniendi in notitiam confitentis, sed ut ut
 sit, nunquam suspicionem vel levissimam
 ingerere debet Confessarius, quod loqua-
 tur ex notitia hausta in Confessione, qui-
 vis altè impressam animo gerat illam ju-
 ris canonici sententiam, *cap. si sacerdos*
de offic. Jud. Ord. illud, quod per Confes-
sionem scio, minus scio, quàm illud, quod
nescio: & ratio est; quia ut ait Eugenius
Papa, illud quod quis scit viâ Confessio-
nis, scit ut Deus, & extra Confessionem
non loquitur, nisi ut homo, prout egre-
giè explicat Doctor Angelicus, & ut ho-
mo potest semper dicere se nescire id,
quod repræsentans vices Dei scivit, imò
ut homo (ait cit. quodl. 12. art. 16. sup.
3.) potest jurare absque lésione conscientia,
se nescire, quod scit tantum ut Deus.

Sed (ais) nunquid saltem alterius con-
 silium adhibere potest in casibus, quos sol-
 vere nescit? respondeo ex can. *omnes*
utriusque sexus, id equidem concedi, mo-
 dò eâ fiat cautelâ, ut nunquam devenia-
 tur in cognitionem poenitentis. Et quæ-
 so, quæ est necessitas dicendi casum hunc

tibi in Confessione fuisse propositum, ex
ponas eum veluti alteri propositum, au
saltem propositu possibilem. Multis præ
sentibus ne eum detegas, sed uni soli,
quem magis ad dandum consilium judica
veris idoneum. Abstineas porro à qui
busdam expressionibus sacerdotali ore in
dignis v. g. *primus poenitens, qui hodie
confessus est &c. Prima famina quæ heri
peccata exposuit &c. Hoc mane casus mi
hi horrendus in Confessionali accidit &c.
Juvenis quidam, qui exomologesim genera
lem in tali loco fecit &c. Nobilis quidam,
qui in Missione tali se stitit &c. Qui tali
bus, vel tantis peccatis onustus ad me ve
nit, huic talem soleo imponere poeniten
tiam &c. Prima quæ hoc anno mihi est
confessa, fuit aultera &c. Tot inter, qui
mihi hodie fuere confessi, duos, aut tres
inveni venialia duntaxat afferentes pecca
ta.*

An non advertitis, quod isthoc loquen
di modo, licet persona reticeatur, facile
in ejus cognitionem deveniri queat, &
nunquid istis loquendi formulis te pericu
lo exponis conculcandi sacrum adeò, &
sanctum sacramentale sigillum? non de
sunt doctores classici, qui planè asserunt
sigillo sacramentali repugnare, loqui, in
generali de peccatis in Confessione audi
tis sine denominatione personæ, & peri
culo veniendi in notitiam personæ delin
quen-

, ex quantis; quamvis autem contrarium ab
 , au aliis defendatur; Fagnanus tamen monet:
 s præ rarò faciendum id esse à viro gravissimo, ra-
 foli riùs à viro gravi, rarissimè à viro levi.

Præterea in memoriam revocandum non
 dica dari hìc parvitatem materiæ, ac ne mini-
 qui mo quidem indicio apud ipsum pœniten-
 e in tem peccata in Confessione audita esse pro-
 bodie denda, minùs cum eo de his discurren-
 beri dum sine liberrima, clara, & expressa
 mi licentia, nullatenùs sufficiente tacità.
 &c. Porro n c Prædicatoribus in vitia inve-
 era hentibus minimum licet pandere signum,
 am, quod notitiâ in confessionali haustâ utan-
 ali- tur: item Confessarii ipsi nec inter se con-
 ve ferre queunt de defectibus pœnitentium,
 en- quorum animas dirigunt. Et multò ma-
 est gis superioribus illicitum est uti scientiâ
 qui in confessione acquisitâ ad exteriorem sub-
 res ditorum gubernationem etiam sine onere
 a- illorum. Summatim Confessarius tacitur-
 n- nus sit & circumspectus, ac in sacro tri-
 le bunali voce loquatur submissâ adeò, ut
 & nullo modo audiatur à circumstantibus
 i- propter honorem debitum sacrosancto si-
 & gillo sacramentali, firmitérque impressam
 - teneat regulam generalem suprâ, relata, scilicet
 a audita in Confessione ita esse te-
 . nenda, obligandâque, ac si nunquam fuif-
 . sent audita.

Juvabit nunc discursum nostrum con- 32
 cludere exemplo, notissimo quidem, sed
 sex-

sexcenties in aures Confessariorum fuggerendo. Nobilis quidam in occasione proxima cum pellice infami sordescibat, cum semper Confessarius non sine specialibus benevolentiae signis absolutionem concesserat. Uxor, ut erat pietati dedita, maritum monere cepit, suspectas merito esse Confessiones pellice lateri hærente, & occasione non abscissâ. At ille subridens; ergone Theologastram ages tu? tuam tuam ego curabo conscientiam, non absolveret me Confessarius, si hanc in se potestatem non agnosceret: ignobilem vitam continuavit nobilis, & tandem Confessio in morte acta simillima prioribus fuit. Uxor dum orationi in sacello suo vacaret, videt horrificis ambitum flammis informe ingens hominis Monstrum, humeris alterius monstri dicam, an hominis portatum, quò visò fugam meditabatur, sed heu tu! gradum siste, aiebat defunctus. Anima sum Mariti olim tui æternum damnata, & cujus æternum onus incumbo humeris, anima est Confessarii mei: perii ego, quia malè confessus, perii ille, quia pejus ab eo sum absolutus. His dictis evanuit.

Ah Confessarii dilectissimi! multi sudoris, & laboris est ministerium nostrum, infausta sanè foret fors nostra, si ad aliud non deserviret, quàm ad gestandas humeris nostris animas poenitentium nostrorum,

fugge- ut ita hi à nobis majori cum commodi-
ne pro- tate ad infernum vaderent, infauſta in-
at, cu- quam foret fors noſtra.

Si ita eſt (videor mihi audire dicentem
conceſ- quempiam) ſi ita eſt, excipiat Confeſſio-
t, ma- nes, qui volet, curam habebò animæ meæ,
tò eſſe- nec me tantis exponam periculis. Verùm
& oc- quisquis eſ; audi ſis, anne parvi adeò fa-
dens; cis cooperari ſaluti animarum à Deo tan-
m tu, topere dilectarum? quæ quæſo! actio
n ab- ſanctior, quæ dignior, quæ heroica
in ſe- magis, quàm auxilium præbere animæ,
m vi- ne pereat? Audi Dyonifium Areopagi-
Con- tam de cœleſti Hierarch. c. 3. *Divino-*
ribus- *rum diviniſſimum eſt cooperari Deo in ſalu-*
ſuo- *tem animarum.* Id ſine ulla teneas dubi-
lam- tatione, te plus meriti cumulaturum uno
um, manè adjuvando miſeras animas in Con-
omi- feſſionali, quàm toto anno exercendo ope-
aba- ra qualitercumque bona & ſancta. Præ-
de- terea intrepidè aſſero, quod ob audien-
tui- das Confeſſiones ſubindè melius ſit inter-
nus- rumpere orationem, officium divinum,
arii- & qualemcunque functionem alteram piam.
pe- Non id aſſererem, ſi non magnæ authori-
us- tatis exemplo ſtiparer; quæ quæſo: actio
ſu- dignior, quæ ſanctior ſacrificiò Miſſæ,
n, in quo æterno Patri offertur corpus & ſan-
id- guis divini Filii? & tamen audite, quid
e- anno 1034. contigerit referente Card. Ba-
n, ronio. Summus Pontifex in Eccleſia S.
Petri Romæ feria ſecunda Paſchatis ſacris
ſolem-

solemni ritu operabatur, cujus post evangelium pedibus advolutus peregrinus quispian inclamabat planctu magno, ac corde contrito: Pater sancte! misericordiam, cupio confiteri, & absolvi à meis peccatis. Quis non crederet Pontificem responsurum, non esse nunc tempus, non locum Confessioni opportunum, secedendum esse, ac aliâ redeundum horâ; sed non ita evenit. Interrupit summus Pontifex Missam audivit poenitentem, nec ante quàm ei dedisset absolutionem, uberrimùmque ingessisset solatium, ad oblationem sacræ hostiæ rediit. Sapiens annalista refert hoc factum ceu exemplum ædificans; ait enim: *referam hoc ad ædificationem, & ne in censuram, aut crism vocetur sive à scrupulosis, sive minùs peritis illud munit approbatione S. Gregorii, quia secundùm S. Gregorium, nullum gratiùs Deo sacrificium offertur, quàm animarum salus. & ipsa conversio peccatorum.*

Verùm quid dixi melius esse interrompere orationem, aut aliam quamcunque occupationem sanctam ad attendendum salutis animarum? dico, & assero paratos nos esse debere ad differendam planè ipsissimam Dei visionem, ut miseras possimus consolari animas. S. Ignatius protestabatur, se ob salutem unius duntaxat animæ, libentissimè dilatare velle æternæ gloriæ possessionem, imò malle se æternæ salu-

saluti
coeli
Relig
do p
ni, pa
velli
cens,
haud
esse f
Et
non
re pe
qui
tiatu
sed
tale
divi
A
festa
sed
est.
A
tim
De
exp
dir
riis
ad
nu
fin
lar
di

salutis incertum vivere, dummodo aliis
 cœli portas aperiret. Et nostri Ordinis
 Religiosus quidam dicere solebat: Si quan-
 do primum pedem paradisi intulero limi-
 ni, pauper quidam pœnitens habitum meum
 vellicabit Confessionis auditionem depof-
 cens, subito eum retraham empyreum
 haud subiturus, ut misero peccatori queam
 esse solatio.

Et non commovebuntur viscera vestra?
 non fœcordiam excutietis? nec vos terro-
 re percellit Evangelium condemnans eum,
 qui talento sibi concredito non est nego-
 tiatus? vos qui à Domino non vnum,
 sed tria, sed quatuor, sed decem forsan
 talenta accepistis, eadem sepelietis? quid
 divinum de vobis tribunal decernet?

At Pater mi (inquiētis) officium Con-
 fessarii sanctum, quin sanctissimum est;
 sed etiam plena periculi, & viscosa res
 est. Verum

Apagē! trepidatis timore, ubi non est
 timor. Macte animis, confidentiam in
 Deum collocate, & certè validissimum
 experiemini auxilium. Estote cauti in
 dirigendis consuetudinariis, & occasiona-
 riis; ne in binos hos scopulos impingatis,
 ad quos allisi Confessarii, permulti æter-
 num pereunt. Occurrentibus casibus de
 simonia, contractibus, Matrimonio, col-
 lationibus beneficiorum iudicium suspen-
 dite, donec aut studio, aut lectione libro-
 rum,

rum, aut adhibito doctiorum consilio dubium omne posueritis. Nec dubitetis vobis feliciter ad portum sine ullo naufragio perventuros, si relata in hoc discursu directionem fueritis sectati.

Verum, si prohi dolor, ex illorum essetis numero, qui nolunt intelligere, ut bene agant, quippe sine ulla ad datas reflexiones attentione brachia dumtaxat attolunt omnes sine discrimine absolventes, semetipsos verò strictius ligantes, tota spiritus libertate inclamarem officium hoc divinissimum vobis haud conveniens, cum abusus ministerii sacramenti ad aliud haud vobis profit, quam ut humeris vestris æternum sustineatis, aut gestetis animas vestri causa in inferni barathrum precipitandas. Sed jam manum de tabula, & spero fore, ut omnes sancto animati zelo accuratius opere ipso munus suum impleant, ac ego id describere novi, simulque ingenti spiritus ardore saluti animarum incumbentes beatissimam fruantur sorte proprias salvandi animas, quam illis concedat Dominus.

Amen.

L. J. C. & I. C. B. V. M.



DIRECTORIUM CONFESSIONIS GENERALIS

ritè instituendæ,

quò

Tam Confessario, quàm pœn-
tenti ad hanc exactâ, & facili bre-
vitate ordinandam lumen
accenditur,

ad usum Missionariorum, & com-
modum Confessariorum
Tyronum.

Introductio.

PRæcipuus Sacrarum Missionum fru-
ctus est pax, serenitasque Confessionis
generalis adminiculo turbatis con-
scientiis reddita, hæc quippe est, quæ ve-
rè pœnitentibus summam spiritûs tran-
quillitatem conciliat, mentem serenat,
pacémque cordi affert. O quanta conso-
latio animæ, quæ attentione quadam su-
prioris vitæ noxas omnes sacerdoti ex-
posuit? non habet sanè, unde turbandam
pacatæ mentis pertimescat serenitatem,
non

non hanc atræ mortis objecta imago, non
 iudicii ultimi rigor, non hiantis inferni
 barathrum, non æternitatis memoria hor-
 rore concutiunt; quin potius cuncta hæc
 oculis sanctæ indifferentiæ immota adspi-
 cit Deo paratò animò innixa. Quàm læ-
 tus moritur, quàm securus æterni Judicis
 se tribunali sistit, qui culpas omnes gene-
 rali exomologesi elicit, quàm dulces in
 corde expiato spes florescunt? quietum
 hoc siquidem, pacatumque quasi in quo-
 dam gaudiorum mari natàre videtur: *de-*
lectatur in multitudine pacis. Psal. 36.
 V. II.

Quid igitur mirum? si contaminatus
 ille spiritus conatus lacertosque omnes ad
 confessionem generalem impediendam exse-
 rat, dum mentes tam confessoriorum,
 quàm pœnitentium atrâ caligine offuscat,
 & confessoris quidem præcipuè junioribus
 exiguo Zelo, minorique peritiâ hujus san-
 cti ministerii tinctis Confessionem genera-
 lem depingit ceu opus inutile, & modici,
 vel nullius emolumenti? ad quid confert
 (garriunt illi) cerebrum repetitis exami-
 nibus, & Confessionibus iteratis faciendis
 rumpere? an non sacro Judici semel pan-
 disse crimina sufficit? Ecce! deceptionem
 immanem! ergonè tota Confessionis boni-
 tas in sola peccatorum apud Sacerdotem
 accusatione est sita? O diabolicas præsti-
 gias!

Pœnitentibus porro tartareus veterator Confessionem generalem ceu rem supra modum scabram, & asperam, factûque difficilissimam adumbrat. Proh! quàm vafra orci molimina! cur mentem (ajunt illi) turbida præteritorum annorum recollectione involvemus? quis motos anxietatum fluctus sedabit? quis concitandorum animi motuum laqueos evolvēt? En! deceptionem primâ non inferiorem! ut autem falsæ amborum tam Confessariorum scilicet, quàm pœnitentium apprehensiones eliminentur ex animis, en directorium hocce! in quo utriusque ad faciilius reddendum grande illud Confessionis negotium lumen accenditur. Atque ut ordinatè procedamus, tota initiô Confessionis generalis materia declarabitur, simulque necessitas ejus, & utilitas elucescet; modus subin practicus facili brevitate tenendus unâ cum prudentioribus reflexionibus Confessariis, & pœnitentibus ad praxim maturandam subserviet.

Dialogus demum Confessarium inter, & pœnitentem, ac utrumque à Directore huic sese explicandi, illi in interrogandi modos suggesturo adjutum, opusculo huic finem dabit. Hac proin à norma facillima, à quovis Confessionis generalis formabitur idæa; quin & complanati omnes difficultatum cernentur montes, ac dulce admodum, & facile apparebit, quod amarum

rum videbatur, ac asperum, factaque Confessione generali nullus non tenerioribus interioris pacis delibutus blanditiis dulcioribusque cordis innatans deliciis fastebitur. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Isaïæ 38. v. 17.

Instructio

Ad faciendam facilius, breviusque Confessionem Generalem.

Ad quid Confessio generalis? ogg ret non nemo à zeloso conscientiae arbitro ad promendam generalem Confessionem invitatus. Cur pacatae conscientiae blandimenta generali exomologesi turbabo? peccatum (Deo gratiae) reticui nunquam, verum semper dolorem ingemui, neque firmum haud labendi imposterum defuit propositum, hanc in horam bona vixi fide; quid mihi turbationem Confessione generali consciscam?

Si res (ut ais) haberet, non abs re hunc in modum obmoveres, verum non nemo grandioris apostolici ardoris Vir dicere solebat, se plurimas generales excepisse Confessiones, quarum in principio non pauci inquebant: Pater! superioris equidem vitae noxas confessum venimus; at non necessitatis, sed devotionis, sed con-

fili

filii ergò. At verò hi ipsi ad scelerum suorum accuratiorem expiationem faciendam à solertiore Confessario adjuti, subinde oculatiùs conscientiae recessus explorantes, vitaeque in transversum actæ fortes acutiùs dispicientes, perpurgato demum generali exomologesi animo in hæc prorupère suspiria: Miserum me! delusum me! delusum me! dum fidentiùs in-
quiebam: peccatum reticui nunquam, verum semper dolorem planxi, obfirmati nunquam non propositi fui. Heu! erravi! falsum dixi! proh! quanto in æternæ salutis versabar discrimine, si ante generalem noxarum expiationem me mori contigisset? præ mundi totius gazis haud scelerum meorum Confessionem omissam cuperem.

Advertitis jam ad id animum, quod in generali conscientiae discussione evenire assolet, illud scilicet: quod venatori advenit, qui densa in sylva feras confectatur. Videbitis eum aliquando totum cursitare diem, quin feram ostendat, aut bis, terve glandem excutiat plumbeam. Verùm quando ulterioris cursitationis pertæsus, & moræ impatiens quatuor sylvæ lateribus ignem applicat, hicque assantis venti beneficiò latius grassatur, mox prurumpere cernes Cygnos, Lupos, Cervos, Damas, omnèque ferarum genus, adeò quidem, ut admiratione perculsus

exclames: cernite; quàm ingens hîc ferarum delituerit agmen! id quis credidisset unquam? jam intelligo necessariam ad scrutandos recessus ignis applicationem.

Idem ferè in Confessione generali usu venit, quanta tunc piacula eorum vel maximè, qui negligentius vixere, obveniunt animis, quæque in pallidas eosdem sub mortis articulum coniecissent angustias. En auspicatam Confessionis generalis vim, atque virtutem! hæc ignem omnibus conscientiae latebris admovet, eamque quàm curatissimè perpurgat.

Nec bonam mihi fidem obtentatis velim, ad quam sanè est necessum, ut omnem ad benè confitendum operam quis impenderit, non solum singula peccata exactè pandendo. sed & pro humana fragilitate dolorem, firmumque propositum emendationis eliciendo; ita ut quis emendatâ divinæ gratiæ adjutorio vitâ limpida conscientiae gaudeat tranquillitate, nullo de validitate Confessionum dubio anxius. Et

Vos, qui à puero vocanti Deo tergum obvertistis, juventutem, quin & ætatem virilem sceleribus conspurcâstis, neque provectiorem ætatem sine graviore scelere egistis, vos, inquam, obtestor, an non debitæ vobis omissæ dispositionis, & validitatis Confessionum subnascitur dubium? jactatane bona præsumi potest si-

des?

des? quòd si verò iusta vobis dubitandi
occurrit ratio, quò demum dici potest
modò, quod animam ametis vestram; si
commissum errorem emendare, ac genera-
li exomologesi conscientias vestras eluere
negligatis.

Advertendum nihilominus, quod Con-
fessio generalis aliquibus *damno*, multis
adumento, aliis autem sit *necessitati*; non-
nullis quidem *damno*, iis scilicet: qui
scrupulis succussi, cætera timentes Deum,
sæpius Confessionem generalem repetunt
non sine sui, ac Confessarii molestiâ. At
pauci sunt hi, qui tamen dum se pedibus
Confessarii adsternunt, dulci sunt charita-
te excipiendi; spirituali afflictione læsus
compassivâ teneritudine demulcendus
animus, ac pro temporis copia, vel in-
opia, ac majori minorive confitentium
affluxu blando sunt sermone monendi,
inobedientiam erga Patrem spirituales,
generalem Confessionem dissuadentem,
non devotionem, sed pertinaciam olere,
proprii capitis sensa Confessarii iudicio
submittenda, secus pace fruituros nun-
quam.

Censent equidem scrupulis agitati, se
Confessionum repetitione anxietatum flu-
ctibus emersuros, sed miserius deprimun-
tur, mentisque sibi accumulanti inquietu-
dinem. Est quippe scrupulositas malum
haud abhîmîle certis quibusdam oculorum

defluxionibus, quod eò recrudesceat acerbius, quò crebrius oculi fricantur. Atque in hunc ferè modum, quò sæpius refricatur conscientia Confessionum repetitione, eò scrupulis, & spiritualibus afflictionibus exulceratur funestius.

Regula proin generalis esto. Nunquam permittenda Confessio generalis, quando antecederet benè est facta, & emendatior vita secuta, nec quidquam superest, quod ob præteritas confessiones conscientiam pungat. Porro Confessarius ad melius dignoscendum conscientiae statum Confessionem generalem peccatorum post ultimò actam patratorum instituentem suadeat, & si ea occasione animæ afflictæ sublevamen quodpiam concedendum judicet, indulgere poterit, ut peccatum unum vel plura, quæ inquietudinem ingeneravêre, pandantur; cæteras tamen noxas reficendas jubeat: quamvis & hoc prudentiæ Confessarii meritò sit relinquendum, qui in particulâ casibus discernere noverit, quando permittenda, aut prohibenda sit delictorum præteritæ vitæ repetitio.

Optimum porro est consilium omnibus omnino ingerendum, ut frequentiores contritionis actus elicere conitantur, quò profectò mediò majorem animæ suæ tranquillitatem, & pacem, quàm crebrioribus de his accusationibus, & repetitis con-

scientiæ examinibûs conciliabunt. Operam dent Confessarii, ut benè pœnitentibus inculcent Doctrinam D. Thomæ explicatam à S. Antonio, videlicet: quòd, dum quis vera se reconciliandi intentione omnem ad benè confitendum solertiam contulit, omniaque ad verum dolorem eliciendum media adhibuit, & ea se adhibuisse est persuasus, certè ejus Confessio omni vacarit culpâ, nec ulla detur eam repetendi obligatio, planèque satis sit dolorem sæpius renovare, ut de peractæ Confessionis validitate certus & securus reddatur.

Verum doctrina allata locum duntaxat habet de scrupulosis veris, Deumque timentibus, qui bona semper fide in præteritis Confessionibus processere, non autem de scrupulosis, fictis, & hypocritis, qui sunt scrupulosi simul, & libertini, seu liberiores ducentes vitam, quique minutas quasdam circumstantias in scrupulum trahunt, & postea iniquitatem sicut aquam bibunt, peccatis se gravissimis contaminantes. Horum utpote cæcorum intellectus solidioribûs fidei veritatibûs est collustrandus. Iisdem necessitas sancti timoris Dei, veræ emendationis vitæ, & Confessionis generalis est inculcanda, ut ita præteritas malè actas Confessiones generali exomologesi compensent.

Porro multis Confessio generalis insignis est *adjumento*, nec dici potest satis, quantum ea utilitatis afferat; præcipuè juvat in vita, ac multò plus in articulo mortis, juvat in vita, quia in multis initium sanctæ planè vitæ extitit, dum experientiâ edocti cernimus multos post Confessionem generalem non relabi, aut certè longiori tempore à lapsu servari, ac in plurimis emendari. Evenit quippe Confessionem generalem facientibus illud ipsum, quod novam indutis vestem in more est, hi nempe longò temporis spatiò ejus non maculandæ curam gerunt sollicitam. Et ad eum ferè modum anima per Confessionem generalem divinæ gratiæ chlamyde vestita cautelam adhibet, ne eam crimine maculet. Innumera extant eorum exempla quos peracta Confessio generalis ad meliorem frugem reduxit, quique hac adjuti superavère vitia, ad quæ abolenda vix sibi viam superesse existimabant. Atque idè id consilii vitam suam emendare cupientibus dari solet, ut Confessionis generalis adminiculò veterem hominem exuant, novumque, qui secundum Deum creatus est, induant; quemadmodum apud illos in more est positum, qui statum Religiosum, aut Ecclesiasticum amplectuntur, aut etiam statum Matrimoniale eligunt, aut qui postquam sæculi se negotiis potiorẽ vitæ partem implicuère, ad tranquilliorẽ

rem
Deo f
caciùs
reperi
fionis
quia
rem
conci
di de
ra, f
crim
tur,
adm
man
tant
can
pau
exor
re f
nis
& f
tis
con
lev
om
mi
co
fec
lu
ne
au
d

rem vitam aspirant, animæ salutē, & Deo soli vacare cupientes; nec enim efficacius remedium ad renovandum spiritum reperiri potest, quàm usus bonæ Confessionis generalis. Et ratio hujus est; quia qui generaliter peccata expiat majorem de commissis antea peccatis dolorem concipit, majusque vitam suam emendandi desiderium, dum non unum, vel plura, sed omnia simul collecta totius vitæ crimina uno quasi intuitu animo objiciuntur, eumque timore percellunt; quemadmodum exercitus militum in plures manipulos per varia loca dispersus non tantum incutit terrorem, quantum uno in campo collectus. Eam ob rem Sancti non pauci vitæ suæ tempore sæpius generali exomologesi conscientiam suam perpurgare studuerunt. In vita Venerabilis Joannis de Ribera Archi-Episcopi Valentini, & stupendi per totam Hispaniam sanctitatis prodigii legere est, quod sex vicibus commissas à puero culpas Confessione deleverit. Sanctus Carolus Borromæus omnī annō culpas apud sacerdotem lacrymis eluebat. Porro viri hi sanctimonia conspicui non scrupulorum tollendorum, sed grandis spiritualis exinde comparandi lucri causā, & ad majorem sui confusionem, procurandumque intensioris doloris augmentum, ac solidiores vitam emendandi acquirendas vires, noxas suas apud

sacerdotem deponebant. Unde Sanctus Franciscus Salesius plura inter encomia quibus Confessionem generalem effert, hæc habet: Confessio generalis provocat nos ad saluberrimam confusionem de vita præterita, ducitque in admirationem longanimis, & patientissimæ Misericordiæ Dei, ut eum ferventiori impofterum amore prosequamur; quid? quòd Deus ipsemet magnam de Confessione generali à corde contrito facta complacentiam demonstrare fuerit dignatus. S. Margarita de Cortona cupiebat dulci filiæ nomine à Christo compellari, cum hætenus solum titulò pauperis fuisset appellata; at audiit responsum à Christo, eam nunquam filiæ compellatione donandam, nisi prius exactam generalem omnium totius vitæ peccatorum fecisset expiationem, quâ cum ingenti lacrymarum profluvio ritè peractâ Christus ineffabili cum dulcedine hīs eam verbis affatus: *Filia mea Margarita remittuntur tibi omnia peccata tua.* O benedicta Confessio Generalis! quis ad eam faciendam se non omnī diligentia comparabit, ut tantis inde dimanantibus bonis potiatur.

Aliud eximium oppidò levamen, & adjumentum suggerit Confessio generalis pro ultima cum morte, & inferno lucta. Quis est, qui in extremo mortis articulo non cuperet exactè confessum fuisse omnes su-

perioris vitæ noxas? O magnum mori-
bundi solatium tum agnoscentis sedatos
Conscientiæ fluctus! sanè qui eam ad ulti-
mum mortis articulum rejicit, quò pactò
certum ejus valorem sibi pollicebitur?
Ecce! maximum Christianæ prudentiæ
punctum, prævidere futura antequam sint!
Dominus noster in Evangelio clamat: *Vi-
gilate, & vos estote parati*: ubi notandum,
Redemptorem non dicere, ut aperiāmus
oculos, quando hi mox claudendi venient;
non ait: ut nos incipiamus præparare ad
mortem, quando jam ab infirmitate ad-
monebimur illam esse præ foribus; pro-
fectò non, sed ita nos vigilare, & præpa-
rare admonet, ut quâcunque mors horâ
advenerit, nos jam præparatos inveniat.
Atque hæc est viri prudentis maxima,
hoc est, hominis sensati.

In Provincia Arragoniæ nobilis quidam
aulæ illius Administer ad pedes Missio-
narii provolutus, totius vitæ crimina pan-
dere cupiebat, interrogatus desiderii sui
causam reposuit suspirans: Pater mi! an
non mihi moriendum est? quî moriar quie-
tus post vitam malè actam sine exomolo-
gesi generali? si supremam mortis ho-
horam, qua uxor, filii, timor, morbi
gravitas, memet mihi eripient, præsto-
lor, an non summæ mihi imprudentiæ ce-
det, eam ad periculosos hos differre tu-
multus? hæc Nobilis ille. Verum non

accuratoris duntaxat, sed & profligatoris vitæ homines mortis jam imminenti horrore perculsi, Confessionis generalis remedium avidè sunt complexi.

Religiosorum non nemo publicos carceres invisebat, ibidem offendens quempiam sequenti die violenta morte è medio tollendum, à quo, dum ad Confessionem generalem excipiendam requireretur: quid causæ, reponebat, subest, quòd anxia precatione generali conscientiam Confessione eluere possas? Ah! Pater mi! reposuit ferali sententia condemnatus. Pater mi! an non alius mihi cras mundus subeundus restat? si in saltu crastino à fortunato littore aberro, quæ eheu me manent mala! Videtis jam homines planè nequissimos, & nullius frugis agnoscere utilitatem Confessionis pro mortis articulo. Et verò Servator noster ipsemet beatos pronuntiat, qui benè præparati post factam generalem exomologesim moriuntur, huc etenim perbellè applicandum venit Evangelicum illud dictum: *beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes*, Tanto siquidem cum solatio, & conscientie ferenitate moriuntur Confessione generali expiati; ut eorundem mors, signis adeò evidentibus æternæ salutis stipata sub invidiam cadere posset.

Patiamini igitur, ut validiorem expugnandis cordibus vestris arietem admo-

veam, ut tandem ad Confessionem generalem eructandam, inflectatur. Hac nocte, dum cubitum concedetis, eo vos situ in lectum componetis, quò post pauxillum temporis in tumba collocabimini. Claudite oculos, extendite pedes, manus in crucis formam cancellatas supra pectus componite; & si cogitatio animum subierit, bonum esse, exactam Confessionem generalem apud Confessarium deposuisse; nolite obdurare corda vestra, nec, obsecro, locum stygio detis impostori, qui dum videt bona concepta desideria generalem faciendi Confessionem, mox persuasionem ingerere conatur, superesse tempus, & interea negotia jam hæc, jam illa oggeris, variâque obmovet obstacula, donec lethalis infirmitas, cor, capûtque prægravans generalem exomologesim reddat impossibilem. Cavete à diabolicis hisce fraudibus, certissimè persuasi, neminem unquam *factis* in tempore Confessionis generalis poenituisse. Econtra autem indicibilem persensere amaritudinem multi, ob eam lugendâ sanè negligentia ad mortem usque dilatam.

Aliis porro Confessio generalis absolute est *necessitatis*, ita, ut hac omiſſa certò æternum sint damnandi; horum septem statuo classes. Primam occupant illi, qui aut maledictâ erubescentiâ, seu verecundiâ, aut aliâ motivâ malitiosè aliquod

peccatum mortale tacuere, vel credebant, vel saltem dubitabant, quod sit mortale, & in omni Confessione id reticere continuaverunt. In secunda classe sunt; qui peccatis mortalibus onusti debitum Confessioni necessario præmittendum examen plane omiserunt, aut certè notabilem in hoc faciendo negligentiam commiserunt, manifesto se periculo exponentes, non deponendi confessionem integram. Tertiam tenent, qui dimidiatam fecere Confessionem, partem peccatorum uni, alteram alteri Confessario exponentes, ut ne unus solus omnium haberet notitiam. In quarta locandi veniunt, qui ex mera consuetudine sine contritione, vel saltem attritione peccata confitentur, quasi sufficeret peccata duntaxat enarrare, & propterea studiose conquirunt Confessarios furdos, & mutos, qui vix os præterquam ad proferenda verba absolutionis aperiunt. In quinta reponendi sunt, qui confitentur sine vero firmoque proposito, nec unquam seriarum student emendationi malorum habituum, quam ob rem Confessarios mutant, ne vitam in meliorem commutent, voluntque vivere, & mori in sceleratis desiderijs, & adinventionibus suis. Sextam classem possident, qui in occasione proxima peccandi vixere, quam poterant, & noluerunt, deferere, atque in hac existentes, Confessiones frequentarunt. In septi-

ma demum statuuntur, qui oneri restitutionis obnoxii nunquam ferium restituendi animum habuerunt, quamvis impotentiâ haud laborârint, aut qui odium erga proximum foventes nunquam reconciliationem iniêrunt, & ita malè dispositi pluribus annis ad Sacramentum poenitentiae accedere præsumpserunt. **Hi** omnes inevitabili, stringuntur necessitate ad faciendam omnium peccatorum mortalium Confessionem à tempore commissorum, quò cum advertentia malè confiteri incœperunt. Atque ita se in examinanda conscientia gerere debent, ac si ab eo tempore nunquam fuissent confessi, cum omnes eorum Confessiones fuerint sacrilegæ.

Sermo hic non est de iis, qui debitam ad ritè confitendum diligentiam attulêre, & in Confessionibus peractis bonâ fide processerunt, sed solum de his, qui advertenter malam deposuêre Confessionem, de quibus certum est, aliud iisdem reconciliationis cum Deo non superesse remedium, quàm Confessionis generalis accurate factæ. Afferamus exemplum peccatoris in prima superius notata classe constituti. Sunt v. g. viginti, triginta anni, quod tacueris peccatum in Confessione, si quoties confessus fuisti, toties memoriæ cum obligatione confitendi obvenit, atque erubescentiâ victus illud tacuisti, obligatus es ad faciendam generalem pecca-

torum Confessionem, viginti, aut triginta annis patratorum.

Si ita res habet Pater! *opus mihi erit facere Confessionem generalem de tota vita, quàmvis jam sim sexaginta, aut septuaginta annorum.* Verùm quam ob causam? Pater mi! à puero quadam commisi peccata, quorum equidem sum recordatus semper! at ea confessus nunquam.

Cur peccata pandisti nunquam? Videbar mihi ceu puer haud esse peccandi capax.

Qot annorum eras, quando peccata illa commisisti? Septem, aut octo, plus minusve annos habui.

Téne abscondisti, ut ne ullus te male agentem, actusque tuos scelestos observaret? Ita Pater.

Timebásne à parentibus, aut majoribus tuis eapropter castigareris? Ita Pater.

Profectò signa hæc sunt non parum probabilia, quod ad peccatum sufficiens in te fuerit malitia. Sed ulterius. Nunquam dubitatio mentem infedit tuam, quod actio à te perpetrata scelus sit?

Parùm Pater dubitationis occurrit menti.

Et quare tot annorum spatió non interrogásti Confessarium, qui dubium tolleret, mentémque securam redderet?

Ab Pater! non nihil verecundiæ animum abstinuit meum.

trigin
erit fa
vita
uagin
isam?
pecca
mper!
Vide
apax,
a illa
mi
male
rva.
ibus
pro-
s in
un-
m,
ex-
er-
et,
m

Absolutæ planè necessitatis est, ut totius vitæ delicta generali exomologesi abstergas, cum enim dubium de peccato foveris, insuper malitiosè non adhibueris media ad vincendum dubium, sat superque reus esse convinceris. Verùm progrediamur ulterius; edicto, quid sentis de dolore, & proposito in ætate duodecim annorum elcito? ànne valuisse autumas, dum Pater, vel Mater, aut Præceptor intentatis minis te ad Ecclesiam conducebant, quem confitendi modum ista in ætate servasti? peritius omnia hæc consideres velim, & post judica, an Confessionem generalem respuere stet mente fixum?

Adeste jam Confessarii, qui vix ad pedes vestros provoluto Pœnitente, Confessionem generalem deponere cupiente mox eum interrogatis, an ex verecundia peccatum quoddam reticuerit, & illum negantem, mox facessere jubetis clamantes: haud necessariam esse Confessionem generalem, quasi verò nulla alia ratio facienda Confessionem generalem detur, quàm reticentia.

Pejus porro agunt Confessarii, qui vel solum Confessionis generalis nomen fastidiunt, illud criminantur, & acerba perstringunt crisi, oculos, auresque ab excipiendis Confessionibus generalibus aver-
tentes, aut illas cum indignatione inter-

rumpentes, causati easdem non nisi ad datione
torquendos Confessarios deservire. solum

O Ministri Dei altissimi! non attendi- & adm
tis ad grave scandalum, quod pauperibus Confes
præbetis animabus, quas sine ullo discrimi- lidas,
mine ab auditione vestra propellitis? O exomo
quot pœnitentes pluribus in locis sunt nullan
repti, quibus à minùs doctis, aut ace- tatem
diosis, aut imprudentibus Confessariis di- litas?
ctum est, quod eis haud opus sit Confes- Confe
sione generali, quæ tamen pluribus ex ca- nunqu
pitibus absolutè necessaria erat; qui si in præsc
tali statu fuissent mortui, æterno damna- An n
ti supplicio periissent. Nunc si talis ani- mand
ma à vobis cum indignatione repulsa cul- seculu
pâ vestrâ damnabitur; quid quæso vos sua se
manet? saltem non dissuadeatis, obsecro, Ta
Confessionis generalis usum duplici homi- abun
num generi; primùm eos complectitur, sitate
qui nunquam Confessionem generalem fe- lis.
cerunt; omnium quippe spiritus magistro- brev
rum optimum consilium est: ut saltem se- quan
mel in vita Confessio generalis fiat, cum dien
facillimè contingere potuerit, ut quis cul- ficu
pabili ex negligentia errorem in aliquibus vid
commiserit Confessionibus, qui Generali laq
postea Confessione reparatur. Secundum, mo
cui multò minùs dissuaderi debet Confes- fess
sio generalis, genus hominum illos conti- des
net; qui malam peccati alicujus consuetu- loc
dinem contraxerunt, inque hac vitam as
continuârunt, parva cum, aut nulla emen- D
datio-

nisi ad datione. Hi juxta mentem S. Caroli non
solum blanda cum charitate excipi, sed
attendi & admoneri debent seriò, ut præteritas
peribis Confessiones ceu suspectas, ac fortè inva-
discriminis? O lidas, & sacrilegas repetant, & generali
s sunt exomologesi resarciant. Demus autem
ut accedat nullam Confessionis generalis esse neces-
riis dilatatam, an non ingens saltem ejus est uti-
onfessionis? litas? ut supra meminimus. Nonnè O
ex causa Confessarii! Medici estis animarum, &
i si in nunquid Medici officium est, accuratè
amnam præscribere id, quod infirmo salubre est?
s ani- An non hic verbis Christi meritò excla-
a cul- mandum? Luc. 16. cap. 8. v. *Filii hujus*
vos *seculi prudentiores Filiis lucis in generatione*
sua sunt.

Tam Confessariis, quàm Pœnitentibus
abundè jam persuasum existimo & neces-
sitate, & utilitatem Confessionis genera-
lis. Aliud proin haud superest, quàm
brevem assignare confitendi Methodum;
quamvis Diabolus certè omnes ad impe-
diendum tantum bonum sit admoturus dif-
ficultates: aliquibus siquidem impossibile
videtur conscientia tot laqueis intricatæ
laqueos rumpere, qui cor horrendum in-
modum prægravant. Alii vel solo con-
fessionis generalis audito nomine animum
despondent; sed sinatis, quæso, ut ego operi
locò vestrum manum admoveam, & omnes
asperitatum montes complanatos videbitis.
Difficultates omnes ad duas reducuntur,
scili-

scilicet ad examen faciendum, & numerum peccatorum.

Quod examen attinet, is qui vitam duxit uniformem, majorem ad id bene instituendum facilitatem habebit, paucisque verbis generalem multorum annorum Confessionem absolvet; qui verò non ita uniformiter vixit, majores experietur difficultates ob duo magni ponderis obstacula. Primum est, quòd talis confusâ conscientia ob tot peccata commissa, & Confessiones malè actas perplexitate laborans, nec initium, nec progressum examinis aptè sciat instituere: & verò reperire fuit non paucos, qui diebus pluribus Confessionibus generali insudantes plura implevêre folia; hinc inde peccata annotantes, & tamen magis ac antea fuêre perplexi, nescientes quid scripserint, quid adhuc scribendum superesset, eò quòd peccata omnia sine regula, ac ordine in chartam conjecissent.

Alia non minor difficultas angit nonnullos, qui quidem post longiorem moram peccata omnia in memoriam reducunt, sed proprios nesciunt terminos, quibus speciem & circumstantias peccatorum declarant, & ideò dum de quatuordecim v. g. se peccatis accusant, totidem historias narrant, quæ tamen omnes quatuor fortè verbis exprimi potuissent.

& num

tam du
ne infi
ucisque
m Con
ta uni
r diffi
tacula
nscien
nffio
s, nec
s apte
it non
effioni
folia;
amen
scien
riben
mnia
onje

non-
ram
unt,
ibus
de
n v.
rias
ortè

Ad bina hæc impedimenta tollenda, duo promo remedia. Primum est: eligere Confessarium prudentiâ, & charitate præditum, ejusque manibus, & directioni se totum concedere, adjunctis precibus, ut auxiliandi, & interrogandi munus in se suscipiat. Et sanè experiemini, quod ejus adjavante assistentiâ, negotium totum magna sit suavitate absolvendum, postquam ita conscientiam vestram discussistis, ut competenter respondere sciatis, vósque declarare, quoad ea, quæ ab eodem fuerint suggesta. Alterum seu secundum remedium dabit dialogus poenitentem inter, & Confessarium infra allegandus. Fors in hoc vos depictos cernetis, docebóque vos praxim notandi, & explicandi peccata vestra.

Si consilium meum exquiritis, num peccata in charta notare expediat? an libro quopiam docente modum rectè examinandi uti valeatis? dico, quòd scriptionem concernit, me eam non reprobare, modò succincta sit, & solum capita peccatorum quoad quantitatem, & qualitatem annotentur: nempe quòd ad speciem & numerum, ressecando omnes superfluitates, & historias factorum, & accidentium particularium, quæ ad níl aliud, quàm ad distrahendum cor, & tempus pretiosum inutiliter consumendum deserviunt. Quod librum porro attinet, magnâ opus est,

est cautelâ , non pauci enim reperiuntur
 libri , qui peccata mortalia cum venia
 libus confundentes , & proluxiore stylo
 multa solum obiter tangenda describentes
 non modicam ingerunt legentibus confu-
 sionem; præterea, qui libro uti cupit , sa-
 gaciori polleat judiciô, est necesse, ut de-
 bita eô cum moderatione utatur. Ne id
 contingat, quòd puellæ cuidam in mona-
 sterio educatæ accîdit; hæc impetratâ a
 Confessario licentiâ faciendi Confessionem
 generalem, & ad hunc finem utendi quo-
 dam libro peccata enormissima chartæ
 mandaret, eaque in pedes provoluta eidem
 liberrimè exposuerat; qui audita scele-
 rum enormitate exhorruit, & confiten-
 tem percontatus, an enarrata peccata ve-
 rè admisisset? responsum tulit: Deus me
 custodiat Pater! descripsi ea, quia in libro
 ita expressa reperi. Assignabo pace vestra
 vobis librum, qui non decipit, & hic est
 conscientia vestra; hanc inspécite, & fide-
 listimè omnia vobis peccata referet, præ-
 cipuè si auxilium accedat Confessarii boni,
 vos modò suprà relatò examinantis. Id,
 quod assero, specialiter de personis sim-
 plicibus, qui non interrogati vix os ape-
 rire nòrunt. Atque hîc notent Confessa-
 rii, simplices ob ruditatem suam mi-
 nùs ac alios esse obligatos, & Confessio-
 nes generales eorundem posse citius, quàm
 aliorum absolvi; cum nos solummodo ad

mensuram capacitatis illorum finus obligati ad supplendum examen, quod aliàs ipsis faciendum incumberet. Modicum proinjuvamen, quod illis præstatur, sufficit ad satisfaciendum obligationi de facienda Confessione integra eosdémque consolatos in Domino dimittendi.

Supereft nunc discutiendum dubium, examen concernens, scilicet an permitti debeat circa peccata inhonestatem olentia, cum hæc sint materia oppidò periculosa, in qua aliquis facilè negotiò in ipso examine, aut actu Confessionis delectationem capere potest? sed dicendum, si dubium foret fundatam, seu solidò non careret fundamentò, nullam esse obligationem de his se examinandi, aut eadem in Confessione generali exponendi, minùs in ordinaria, & particulari, cum in hac non solum æquale, sed longè majus subfit periculum ob recentiorē sordidæ voluptatis recordationem.

Verumtamen firmissimè persuasum teneo maximam luto huic collotenùs immerforum partem ad faciendam Confessionem generalem stringi; qui enim sunt ordinariè illi, qui peccatum ex verecundia reticent, aut Confessionem dimidiant, aut sine dolore confitentur, & proposito, subinde ipsa Confessionis die relabentes, quàm peccatores obscænitatum luto immergunt?

Quod

Quod si in aliquo libro sententia huiusmodi
 adversa reperiatur, dico: eam intelligant.
 ligi debere de illis, qui jam alio tempore. Al
 Confessionem generalem deposuerunt. fione
 emendatione secuta, ac conformiter statuta fe
 tui suo Christianam ducunt vitam; vespitali
 rum quemadmodum peccata ista semel nat;
 saltem in Confessione ordinaria exponere, quoru
 est necesse, ita optimi consilii est (quam pœni
 vis nulla ex adductis supra necessitatibus dūm
 subfit) eadem confiteri semel saltem in mūm
 exomologesi generali ad ferendam ma demu
 gis, quietandamque conscientiam; porro quan
 cautelā hīc opus est tam à Confessario, opor
 quā pœnitente observandā, nimirum quæ
 ut nec plūs interrogetur, nec respondeabi
 tur, quā necessarium sit, id est, ut ex in
 ponantur peccata quoad speciem, & nume rum
 rum, quin obscœnitates quædam diffusi
 quæ absque ulteriori declaratione sat intel
 liguntur, explicentur, aut restrictius, cum
 quā par est, referantur; exemplumque tati
 capiendum ab illis, qui loca fœtida acce red
 dentes olfactoriolum moschō, aut aliō bo P
 ni odoris unguentō plenum manu secum etos
 ferunt ad fœtorem abigendum, & ad hunc gen
 modum tam Confessarius quā pœnitens ant
 in promptu habeant considerationem quan sis.
 dam piā ad dissipandas fœtidas species ejus
 ex peccatorum narratione suscitatas, eun
 vis aliās peccata ista in Confessione expo ter
 sita potius ansam horroris, & confusionis, tiis
 quā

ia huiusmodi putidæ delectationis præbere fo-
intelleant.

Alterum consilium est, ut in Confes-
sione generali primum se quis peccatis con-
tra sextum præceptum exoneret, dein ca-
pitalia peccata unum post alterum expo-
nat; atque ideo non mihi probatur praxis
quorundam Confessariorum, qui docent
pœnitentes modum sese examinandi secun-
dum ordinem ætatis, ac exponendi pri-
mum peccata pueritiæ, dein adolescentiæ,
demum virilis, & jam provectoris ætatis,
quamvis enim omnem ætatem attento
oporteat examine lustrare; attamen, sicut
quædam peccata ob pravum contractum
habitum in omni vita sunt commissa, ita
insistendo instructioni horum Confessario-
rum oporteret unum idemque peccatum
sæpius absque omni necessitate repetere,
cum diversa ætas non inducat speciei mu-
tationem, seu conditio ætatis diversæ non
reddat peccatum specie diversum.

Pejus agunt Confessarii illi, qui distin-
ctos assignant pro facienda Confessione
generali dies, ut diem unam pro peccatis
ante alteram post matrimonium commis-
sis. Aut quando pœnitentem viginti v. g.
eiusdem speciei peccatis onustum vident,
eum obligant ad dicendum unum post al-
terum cum omnibus omnino circumstan-
tiis parvi, aut nullius ferè momenti. At-
que inde in vulgo falsa illa nascitur ap-
pre-

prehensio, quod Confessio generalis ingentissimas afferat difficultates, & ob Confessarii exiguam peritiam grave redditur suavissimum Christi jugum; difficultates omnes abstergendas existimem lectione Dialogi infrà ponendi, quo tamen Confessarius novellus, quàm poenitens Methodum observatu facilem docebitur ad reddendum sibi amabilem Confessionis generalis usum.

Præterea vos admonitos volo, ut ne peccatorum venialium instituatis examen, licet consultò in Confessionibus ordinariis exactè afferantur, si enim rigidum peccatorum venialium examen in Confessione instituere cupitis, maximam sanè vobis perplexitatem, & confusionem consciscetis, eritque fortassis versutiâ diaboli tale vobis examen suggestum, qui nimia vobis examinandi persuasa sollicitudine Confessionem generalem tædii, & horroris plenissimam reddere gestit.

Cum proinde peccata venialia non sint materia necessaria Confessionis generalis, sufficiet dolorem universalem elicuisse, atque de his omnibus in genere se accusasse in fine Confessionis generalis. Atque hoc pacto estote persuasi, quod uti docet S. Thomas in 4. d. 21. q. 1. art. 1. etiam sine enarratione omnium in particulari quoad numerum, nihilominus ab iisdem sitis absoluci.

Majoris momenti difficultas est circa numerum peccatorum in Confessione exprimendum, & ecce regulam perspicuam omnem ocyus confusionem sublaturam. Quando scitis numerum certum peccatorum, eundem tanquam certum manifestare est necessum, & qui certus de numero v. g. quinario, quater tantum, vel quinques se peccasse interroganti reponit Confessario, haud benè confitetur, sed dicere debet absolutè, & non sub dubio, se quinques peccasse. Si autem numerum certum & determinatum nescitis, operam date, ut numerum probabilem, & veritati propinquiùs accedentem explicetis: v. g. peccatum hoc commisi decies, aut duodecies circiter, viginti, aut viginti quinque vicibus circiter; adjectâ namque particulâ *circiter* peccatum sufficienter declaratur, omnèque mentiendi periculum præciditur. Verùm quando numerus probabilis sine graviùs aberrandi periculo haberi haud potest; quid tum factu opus? explicari debet tempus, & frequentia talis peccati; En! exemplum. Dum quindecim eram annorum à maledicto socio ipso dæmone sceleratiore edoctus sum talem committere iniquitatem, hanc comittere perexi ad annum usque trigesimum bis, vel ter in septimana, & quandoque semel tantum, aliquando verò integra ducurrebat septimana, quin vel semel me hac contamina-

rem. Viginti annos natus malam ordinari
traxi familiaritatem, hanc tenui ad fibilis,
num usque vigesimum quintum, & or & facu
nariè Deum offendi semel tantum in sepa obliget
mana, aliquoties quindecim volvebant laborat
dies, aliquando etiam integer abibat me merum
sis, quo non peccavi. Si f

Pater mi! Siccine sese explicare suffic tempor
Et cur non sufficeret? O utinam! omni tiendi
hoc modò confiterentur! iisdem

Ah! laudetur Deus; non tantæ mihi ja sponde
Confessio generalis videtur difficultat cet: si
Sed, nunquid promisi me omnes difficultatibus c
sublaturum? ne miremini, quod subina scitabe
mediæ horæ spatiò, & etiam aliquando citi rit? it
nos Missionarii Confessionem generale confusi
cum pœnitentibus absolvamus, præcipi Quic
quando cum simplicibus est sermocinatio sponde
nostra. nitent

Ecce, modum charitate plenum, à neque
bis observatum. Satis nempe est, si per habitu
sona interrogata, ita, vel non sciat nis in
spondere, cum nos semper singula pecc illius
torum capita, quæ certè ad pauca ap preher
simplices reducuntur, interrogare sole gendo
mus, & quando numerum probabilem niter i
aut tempus, & frequentiam lapsuum modo
pœnitentibus prolicuimus, facili nego fuerit
omnes peccatorum laqueos dissolvimus. luti in

Scire præterea vos oportet, quod in Co major
fessione generali non adeò strictè exigat suppo
peccatorum numerus, sicut in Confessionib tentis
ordi-



ordinariis, cum hic sæpè sit moraliter impossibilis, & divina bonitas ad aliquod vires, & facultatem nostram excedens nos non obliget. Et quando pœnitens perplexitate laborat, non est prudentis Confessarii, numerum peccatorum ab eo extorquere.

Si senem interrogares, qui toto vitæ tempore malo laboravit habitu consentiendi cogitationibus inhonestis, quoties iisdem consensum præbuerit, profecto respondere nesciet; sed idem, quod tu, dicet: si enim percontaberis, mille num vicibus consenserit? reponet, mille. Si sciscitaberis, an decies millies se illis fœdârit? ita decies millies respondebit. Præ confusione siquidem, quid dicat, ignorat.

Quid ergo hoc in casu faciendum? respondeo, quando non potest elici ex pœnitente numerus certus, nec probabilis, neque frequentia, sufficit indagare malum habitum, nempe; quod tot, ac tantis annis in mala consuetudine vitii hujus, vel illius vitam egerit, & tunc melius comprehendet statum pœnitentis subintelligendo sub malo habitu id, quod communiter in illa materia subintelligi solet, dummodo major, aut minor frequentia non fuerit in grave præjudicium aliorum, veluti in furto; in simili enim casu paulò majori diligentia opus foret. At in aliis supposita ruditate, aut confusione pœnitentis sufficit, ut meliori, quo fieri potest

test modo, numerus intelligatur. *Præterea* si prævidet, quòd ulterius pœnitentem de numero interrogando, is majori perplexitate obruendus, potest Confessione numerum magnum eidem proponere, neque amplius miserum torqueat pœnitentem; quia, ut ait S. Thomas, *in Confessione non exigitur ab homine plus, quàm possit* in 4. dist. 17. quæ. 3. art. 4.

Ecce jam dilucidatam totam Confessionis generalis materiam! quis nostrum non evigilabit ad excitandam in corde contritionem pœnitentis Ezechix ad Deum lacrymis, & suspiriis clamando: *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea.* Proh! quanta sibi bona Confessione hac accersit Ezechias! Vix (a Bernardus) de ore Confessio hæc articulata cum magna lacrymarum copiâ proferat, & mox Deus, quantum sibi in illa contritione placeat, demonstraturus, quindecim annos ejusdem vitæ adducit, continuò in noxarum dolore transigendos. Atque ideò omnes ferè Sancti fundamentum sanctitatis Confessionem præferre generalem, & S. Ignatius Lojola in libro aureo exercitiorum spiritualium libere omnes perfectam ad Deum conversionem anhelantes hortatur, ut præprimis Confessionem omnium omnino noxarum proponant. Vincentium de Pauli fundatorem venerabilis congregationis Patrum

Præmissariorum una generalis excepta
 Confessio commovit ad missiones inchoan-
 das, ac fundandam subin sanctam congre-
 gationem, in qua expressa emittitur pro-
 fessio audiendi Confessiones generales ru-
 dum, & intricatiori conscientia laboran-
 tium. Et sanè optimos istos operarios
 omnibus indefessa videmus assistere pa-
 tientiam non sine mirabili animarum fru-
 ctu, quæ se damnandas faterentur, nisi
 Confessionem fecissent generalem.

Nec credatur Confessionis generalis
 usum, introductionem esse modernam,
 cum antiqua sit firmata praxi, atque con-
 ductudine sanctorum Monachorum, &
 Patrum in eremo viventium, uti eruitur
 ex facto, cujus se testem à visu asserit
 S. Joannes Climacus, recenseturque in
 prato spirituali: insignis quidam peccator
 Monasterium accesserat sacrum Mona-
 chorum institutum amplexari cupiens.
 Abbas vir religiosioris fervoris rigidius
 aliquantulum supplicem explorare statuit,
 ac obin eum ad confessionem totius vitæ
 generalem publicè peragendam obligavit,
 qui mox obsequens, peccata chartæ man-
 data præsentibus omnibus prælegit Mo-
 nachis, non sine depluentibus ubertim
 lacrymis, tristibusque singultibus, quibus
 hi convicti veram poenitentis ad S. Ordi-
 nem vocationem agnovère. Veram, quod
 nostro magis deservit proposito, est; quod

Seniorum Monasterii non nullus eodem undebat
quò juvenis peccata legebat tempore, An terre v
gelum conspexerit peccata è catalago se- suggestio
cundum ordinem lectionis delentem. chartæ f

Edicito jam, an non jure meritissimo paruit p
S. Joannes Chrysostomus Confessionem allatam
generalem secundum appellet baptismum mes rep
animas nostras ab omnibus abludentem cul- capiend
pis, quique nos reparare facit tempus præ- per his
teritum actâ malè vitâ perditum? Redi- obtentâ
mentes tempus, quoniam dies mali sunt, candida
inquit Paulus ad Eph. 5. v. 16. busdam

Verùm quo pacto tempus perditum re- dam ad
parabimus? Confessione generali respon- quid ta
det S. Bernardus: nam qui generaliter ta lega
confitetur, restaurat tempus præteritum culsus
debito culparum suarum examine, stabili- mox a
lit præsens verò dolore, & de futuro se rogaba
securum reddit firmo proposito. *Tempus* fionem
in tria dividitur, in præsens, præteritum, bio re
& futurum, horum nullum perdit, qui rius;
rectè pœnitentiam agit. Verbò, qui Con- lo De
fessionem generalem benè peragit quo- quema
dammodo ad statum innocentie baptis- bro j
malis pertingit, & anima illius miro can- nitore
dore in conspectu Domini rutilat. Id nis ac
quod evidenter colligitur ab exemplo re- mi D
lato à Cæsario: studiosus quidam, pecca- cata,
tor insignis Parisiis degens, verbo Dei ut te
compunctus ad Religiosi ex ordine Ci- nare
sterciensi pedes se adjecerat generaliter niter
confessurus, tam largo is lacrymarum per- tus p
funde-

eodem undebatur imbre, ut vix verbum pro-
re, An-erre valeret; quam ob rem id consilii
ago se-uggestit Confessarius; ut peccata omnia
n. chartæ secum dein deferendæ consignaret;
tissimo paruit pœnitens Confessarii consilio, qui
tionem allatam ab eo lectitans, casus adeò enor-
isimum mes reperit, & insolitos, ut resolutionis
m cul- capiendæ nescius facultatem petierit su-
s præ- per his consulendi Abbatem; quâ facile
Redi- obtentâ charta Abbati porrecta mox tota
sunt, candida fuit visa remanentibûs solum qui-
busdam signis, veluti dum folium quod-
dam ad abolendos characteres raditur. Et
espon- quid tandem (inquebat Præsul) in char-
aliter ta legam nullo caractere notata? per-
ritum culsus admiratione Confessarius, qui eam
stabi- mox antea legerat, accitum pœnitentem
ro se rogabat, ediceret, si folium hoc Confes-
mpus sionem generalem continuisset? procul du-
tum, bio reponebat pœnitens. Cui Confessa-
qui rius; O te felicem! ecce evidenti miracu-
Con- lo Deus peccata tua à charta abrasit,
quo- quemadmodum eadem de divinæ suæ li-
ptif- bro justitiæ delevit! candor ille chartæ
can- nitorem animæ tuæ indigitat, contritio-
Id- nis adminiculô in conspectu misericordissi-
re- mi Dei dealbatæ; nihilominus tamen pec-
cca- cata, ut memoriæ occurrunt tuæ confiteâre,
Dei ut te absolutione sacramentali valeam do-
Ci- nare; qua & recepta pronus se in terram pœ-
ter nitens abjecit ingenti lacrymarum irriga-
er- tus profluvio, firmissimèque statuens vitam

se deinceps emendaturum, mundoque satisfacturum, cui scelerum suorum atrocitate scandalo fuerat.

O benedicta Confessio generalis! pulcherrimorum tot in anima effectuum causa; hæc confessiones præteritas absque dubita intentione factas reparat! hæc animam tepentem majori vi ad efficaciorum de commissis peccatis eliciendam contritionem excitat; hæc stirpitum peccatorum radices evellit, & occasiones excindit; hæc divinam inflectit misericordiam ad generalem nobis omnium iniquitatum concedendam remissionem; hæc demum solatur poenitentem, tamque purum reddit, ac dum fonte exiit baptismali. Disponit in superillum ad novas recipiendas gratias, & favores in hac vita, & gloriam æternam in altera.

Pondera jam, quisquis es, eminentes hæc Confessionis generalis prærogativas, hancque omittas, si in animum id inducere vales, si obstacula, times in praxi, oculum velim reflectas ad sequentem dialogum difficultates omnes eliminatum.

Dialogus

Confessarium inter, & poenitentem, utrumque adjutum à Direttore, qui Confessario interrogandi, & poenitenti respondendi methodum suggerit ad faciliorem reddendam Confessionem generalem.

ECce modum generaliter confitendi ad praxim reductum, atque ut falsæ apprehensiones de sancta adeò functione à vulgo concipi solitæ retundantur, ejusque usus non solum facilis, sed & suavis, ac amabilis reddatur, in publicum præsens Dialogus exponitur, speculi locò serviturus, ut quivis in illo deformitates conscientiae suæ coram intueri, benèque perpenſis prudentibus hìc contentis reflexionibus facilius examen instituere, exactamque Confessionem generalem depromere valeat, addiscendo modum practicum respondendi, peccatàque Confessario explicandi, & quod plus est, Methodum eliciendi actus necessarios ad uberes absolutionis recipiendos fructus. Nec minùs præsens Dialogus ferviet Confessario novello ad cognoscendum penitus poenitentes interrogandi modum, & ordine meritò observandum, ut brevius faciliusque Confessio generalis absolvatur; cum in

hoc Dialogo instructionis in antecessum littera
 datæ compendiō referantur. Ad ediscen- go spe
 dam equidem prædicandi artem validi tentis
 concionatoris vocem de cathedra resonan- quitur
 tem audire juvat; at verò, ut confitendi, Pru
 vel Confessiones excipiendi methodum ac Confe
 quiras, aures admoveere non licet ad ea, alligr
 quæ in secreto tribunali sub arcta figilli habeat
 sacramentalis obfignatione panduntur, si in
 Ne porrò tibi lumen desit; En idæam plect
 omnium Confessariorum inter & pœniten- benign
 tem actitandorum, quos aculis præsentēs tate
 subjicio, ut & pœnitens instruatur, & confi
 Confessarius novellus eum dirigendi, Con- dat
 fessionemque faciliorem reddendi praxim verb
 edoceatur. Dandus attamen hic est pru- poti
 dentia locus, & quod instar exempli, seu pœn
 normæ proponitur, non fixæ instar, & lem
 perpetuæ regulæ cum omnibus ad amuf- niti
 sim observandæ considerandum venit. rud
 In casibus quippe particularibus jam re- cer
 stringendæ, jam ampliandæ interrogatio- imp
 nes, prout spiritualis exegerit necessitas aut
 pœnitentis. Primò locò intricata sexti præ- aut
 cepti materia dissolvitur, dum enim pœ- in
 nitens luto huic immerfus Confessarii ope de
 ab illo mundatur, liberio rem jam gressum po
 movet, nec restantes animæ noxas pan- su
 dere exhorrescit. ra
 u
 ta

Quando Director loquens inducitur, in
 margine littera D. collocatur, dum Con-
 fessarius, littera C. dum verò pœnitens,

cessum littera P. Cæterum utilitas ex hoc Dialogo sperata tam Confessarii, quam pœnitentis eò usuri judiciò dimetienda relinquitur.

Prima, quam ad fructuosè obeundum **D.** Confessionem generales excipiendi munus assigno, regula est, ut pœnitentem eò habeatis modò, quò vos excipi cuperetis, si in misero adeò versaremini statu: amplectamini obsecro eundem vultu hilari, benignitate amabili, paterni cordis dilatate sinum, ut tenerà erga vos animetur confidentià, intimos cordis sui vobis pandat recessus. A durioribus, & asperis verbis, amarum spirantibus Zelum, ac potius ad irritandum, exacerbandumque pœnitentem, quam ad reddendum docilem, obedientem, & contritum aptis pœnitius vos abstineatis. Et quamvis sit rudis, stolidus, & ignorans, ac eapropter cervicem inflectere, obligationemque suam implere nolit, haud tamen idcirco eum aut imperiosius, asperiusve acclamare, aut nimio rigore atterere oportet.

Altiùs velim imprimatis cordi, quòd in sacro tribunali patientiæ Martyres esse debeatis, totis viribus adlaborantes, ut pœnitentem verbis dulcissimis, ac mansuetudinem potius, quam severitatem spirantibus complectamini. Connitamini, ut suaviter rationibùs convictus fidei veritates acutiùs penetret, & conspicietis eum

humiliatum, verbò: tractate eum ut vosmetipsos tractatos cupitis.

Deinde interrogate cum de peccatis ab ultima Confessione patratis, ut statum pœnitentis mox à principio perspectum habeatis; nam si in occasione proxima peccandi, aut malo habitu, seu consuetudine scelerata versaretur, nec ferii vitam emendandi foret animi, nullum compunctionis ostendens indicium, conformiter regulis suprâ memoratis, Confessio ejusdem generalis non esset audienda; cum enim usus Confessionis generalis non solum ad vitiorum præteritorum medelam, sed ad corrigendam impofterum vitam sit introducta, & deficiente vera pœnitentis dispositione fundamentum operis adeò salubris corruat, operam fanè omnem Confessarius perderet.

Quòd si verò pœnitens dispositus videtur, primùm statum, ætatem, & professionem ejus exquirite, & ordiamini à sexto præcepto, interrogantes primùm de peccatis in pueritia commissis, dein de cogitationibus, verbis, & operibus obscœnis gradatim, occasione interrogationum desumpta ex responsis pœnitentis, ac iis, quæ mox suggeram.

Vos autem, qui pœnitentis munus sustinetis in spiritu humilitatis, & submissionis ad Confessarii vos pedes abjicite, parati abditissimos totius cordis sinus pandere,

&

& Con
tima,
dum f
firmu
ferre
in na
pecca
ordin
prude
ut ab
bus f
mini
bitis.
go
inge
hæc.
loqu
Con
tur,

F
mer
que
Bay
ani
das
aux
tio
am
ge

tu

& Confessionem generalem, ac si esset ultima, jamque ad divinum tribunal eundum foret, instituere, atque ante omnia firmum vitam in melius commutandi asferre adlaboretis propositum. Non vos in narrationes diffundatis inutiles, imò si peccata vestra in chartam conjecistis, sine ordine integras historias describendo, & prudens Confessarius senserit expediens, ut abjecta charta ejus, vos interrogationibus suis adjuvantis, methodum sequere mini, promptum gerite morem, nec errabitis, cum confusa illa peccatorum farra-ge majorem vobis perplexitatem sit ingestura. Præterea; regula vestra sit hæc. Tacete, Confessario loquente, loquamini interrogati, ordinem, quò vos Confessarius diriget, quique mox suggeretur, prompto sectemini animo.

Ergone ad Confessionem generalem promendam ades? gaudeo vehementer, tē- que certum jubeo, quod hæc secundi Baptismi locò tibi sit profutura; mactè animo; dubium facesset omne, ac confidas velim, omne tibi à me impendendum auxilium, & consilium; spero, consolationis tibi plurimum accessurum. Edicas amabo, nunquàmne Confessionem fecisti generalem? C.

Pater! non; ac idcirco haud vivere quietus valeo, si non gravi me peccatorum

sarcina exonero cor penè meum opprimente.

C. Ligatusne, an solutus? cujus ætatis? cujus professionis? edicito! ut interrogationibus statui tuo competentibus tibi auxilio esse queam.

P. Ligatus sum. Septem & triginta annos vixi: varia obivi munera, quæ Confessio mox promenda pandet.

C. A quando tempore non es confessus?

P. Duo circiter menses sunt.

C. Impositam à Confessario pœnitentiam adimplevistine?

P. Erravi Pater! rosaria, & jejunia quædam omisi; nec in ultima solum Confessione, sed & in antecedentibus impositas à Confessario pœnitentias neglexi.

C. Muneris equidem mei foret, ut te pœnitentias injunctas implere prius juberem, verum cum hæ brevi tempore persolvere nequeant, téque paratum existimem ad satisfaciendum pro omnibus totius vitæ peccatis, in fine Confessionis medelam afferam, ubi & Confessionum malè factarum, & pœnitentiarum neglectarum numerum mihi patefacies. Interea noxas refer ab ultima Confessione patratas, ut præsentem conscientie tuæ statum dispiciam.

C. Peractis his interrogationibus communiter ad omnes pœnitentes faciendis, & proëmmii locò omni Confessario statuendis obligatur is certum se reddere, an pœnitens

Con-

oppr. Confessionem necessitate pressus, aut mero
 ? cu. consilio illectus peragat; nam si pœnitens
 gatio. necessitate adigitur ad confitendum gene-
 auxi. raliter, exactius requiritur examen, ma-
 nnos jorque in interrogando attentio. Econtrà
 fessio dum meri consilii gratiâ quis generaliter
 se expiat, tanto haud opus est rigore,
 cum peccata semel legitimè confessa non
 teneatur pœnitens denuò clavibus subjice-
 re, minùs Confessarius tanta accuratione
 ad. investigare. Prima igitur ad exploran-
 dum pœnitentis statum interrogatio sit
 lam hæc, an peccatum aliquod verecundiâ vi-
 one, ctus reticuerit; an verò intervenierit alia
 s à Confessiones necessariò repetendi causa,
 ex adductis instructione præcedendi, ut
 ita ad alias interrogationes secundum or-
 dinem formandas procedere valeas.

Aliqui ab initio notitiam mysteriorum
 fidei speciatim necessitate medii credendo-
 rum à pœnitentibus sciscitantur; Verùm
 quia experientia me docuit, interroga-
 tiones consimiles ab initio Confessionis fa-
 ctas non parùm primum pœnitentium fer-
 vorem tepefacere, ubi tamen sub finem
 Confessionis deposita jam graviore pecca-
 torum sarcinâ facilius sese subjiciunt ad
 omnia ista majori attentione penetranda.
 Exhortor te mi Confessarie, ut dubium
 omne de docilitate pœnitentis, ac studio
 subdendi sese omnibus à te imponendis
 ponas, simulque interrogationem de my-
 steriis

steriis fidei ad finem usque rejicias, securus, ampliori cum profectu pœnitentis te munus tuum obiturum.

Tua verò mi Pœnitens in Confessione sinceritas reluceat, vel unica circumstantia speciem mutans, reticita, aut palliata totum Confessionis laborem facillimè perfundat. Pande cor & filiali cum simplicitate, ac candore peccata edicito, ad eum ferè modum, quò amicus amicum arcanorum negotiorum cor durius prementium conscium facit, sperans ab eodem auxilium, & dulce animi levamen. Si de certo tibi numero constat, patefacito ut certum, neque moras trahas, quoad usque Confessarius te semper interroget: quoties hoc peccatum commilisti. quoties aliud? certus si tibi numerus non occurrat, probabilem allega: toties v. g. circiter &c. aut saltem tempus, & frequentiam lapsuum indica. Et si perplexitas capitis nec hunc quidem tibi suggerit, expectora te, quod tot v. g. annis in hujus, vel illius sceleris malo habitu, aut consuetudine vixeris, pluribusque, & repetitis vicibus fueris prolapsus, ut ita Confessarius omni meliori, quò fieri potest, modo statum conscientie tuæ perspectum teneat. Uti suprà memoratum.

- C. Edic nunc obsecro, nunquàmne peccatum mortale erubescentià, aut timore victus, aut dubitans esse mortale, reticuisti?

Ita

Ita Pater! hæc hæc est spina illa, quæ P.
 continuis cor meum cruentat aculeis, at-
 que ideò Confessiones hucusque peractas
 invalidas, aut sacrilegas censeo eò magis,
 quòd nunquam verum dolorem, aut pro-
 positum habuerim, cùm serium ad corri-
 gendum malum habitum non adjecerim
 cogitatum, atque in occasione proxima
 constitutus sacramenta frequentârim; pro-
 in multis ex capitibus plusquam necessa-
 riam esse Confessionem generalem agnosco.

Bene! finas jam, te ut dirigam. Atque C.
 ut à capite (ut ajunt) ordiamur, pande:
 quando sex, septémque annorum eras, re-
 cordarisne te quid inhonestum commi-
 sisse?

Ah! sæpius, ac iterum Pater! atque hoc P.
 est peccatum illud, quod nunquam ritè
 sum confessus? O quantum facto torqueor
 ipse meo!

Optimè! verùm oportet melius, ut te ex- C.
 plices, & dicas, an cum masculo, vel
 foemina, an forte cum fratre, vel sorore
 inhonestum aliquid perpetraveris? an ta-
 ctibus tantùm, vel opere consummato?
 & quamvis vel ob defectum cognitionis,
 vel ob naturalem impotentiam non foret
 peccatum in sua specie completum, per-
 gratum tamen mihi erit, si ad majus hu-
 militatis meritum circumstantias aggra-
 vantes confitearis, ut integra conscien-
 tiæ tuæ reddita tranquillitate de præteri-
 tis



tis imposterum ne cogites quidem. Si nū-
merum scis certum: si non, modò suprà
memorato confitere. Ergò accusas te de
omni malitia in ætate ista perpatrata, eò,
quo coram Deo reus es modò.

P. Ita Pater, accuso me de flagitiis meis
omnibus: & si melius me explicare nos-
sem, certò non omitterem.

C. Crescente porro ætate nonnè crevit &
malitia? dum Dæmon menti tuæ inhone-
starum cogitationum caliginem offudit.
Amabò, qui te in cogitationibus gessisti?
repulisti? an verò consensum, compla-
centiámque dedisti turpitudinibus, phanta-
siam tuam occupantibus? & desiderasti
tunc objecta quædam peccaminosa? rarò?
an frequenter?

P. Ah Pater mi! peccata mea abyssus mul-
ta; quò ea accuratius pensito, eò magis
me confundo, nec quo me extricem, mo-
dum invenio; hoc dicere duntaxat queo,
quod à septem, vel octo annis usque huc
semper consenserim jam complacendo, jam
desiderando omnis generis objecta. Nec
aliter hac in re me declarare novi.

C. Satis te declarasti, nec enim ad morali-
ter impossibile obligaris, accusas te proin-
de delectationibus, & desideriis, uti &
de negligentia in excutiendis cogitationi-
bus inhonestis, nec non occasione iisdem
data, malo oculorum, sensuumque exte-
riorum usu. Suppono cogitationes istas

tibi

i nu- tibi culpabiliter obvenisse omni die, ac
uprà forte una die sæpius, & de omnis gene-
te de nis excogitabili turpitudine.

eo, Ita Pater! ita est; nec aliter edicere queo. P.

neis Eadémne frequentia post contractum ma- C.
nos- trimonium consensisti?

& Non Pater mi! septem hisce, aut octo P.
one- conjugii mei annis rariùs consensi, tribus,
dit. aut quatuor vicibus in septimana.

ti? Nónne discursus inhonestos miscere sole- C.
pla- bas cum juvenibus scæminis, & specialiter
ta- præsentibus personis innocentibus?

o? Ita Pater! malum hunc à juventute ha- P.
bitum contraxi, quòd in familiari con-
versatione cum eodem, vel etiam altero
sexe verba effuderim, obscæna, vel sal-
tem æquivoca, veneris lutum olentia.
Nòrit Deus, quot & quantas obin inho-
nestas foverint cogitationes, malitiámque
didicerint juvenes, atque idè me accuso
de scandalo proximo dato; atque in hoc
peccatum prolapsus fui omni septimanâ
tribus, aut quatuor vicibus, imò sæpius;
nec unquam malum hunc extirpare habi-
tum, aut linguæ frænum injicere sum co-
natus.

Ah pœnitet! D.

Post factam de cogitationibus, & dis-
cursibus inhonestis accusationem obscæna
debent explicari opera, & hìc profectò
duplici tam Confessario, quàm pœnitenti
opus est cautelâ. Te mi Confessarie cau-
tum

tum esse decet in interrogationibus lubrica hac in materia faciendis, ut supra monui; hinc termini honesti sunt adhibendi, & sicut Prædicator in cathedra certis utitur phrasibus ad lutulentum hoc vitium exprimendum, ne honestatem vulneret, ita quidam loquendi modi usui tuo esse debent, ne modestiam lædas; quamvis & in hoc non sit nimio timore excedendum, ea prætereundò, quæ ad speciem, & numerum peccatorum commissorum ritè explorandum necessaria judicaveris. Abstinendum est à certis particularitatibus obscænis, quos venerèe peccandi modus secumfert, cum hic non solum non nominandus, sed vel maximè si reprehendendus.

Te quoque mi pœnitens oppidò cautum in explicando hoc peccati genere esse oportet, & quidem duos, quos pedibus tuis dæmon injiciet laqueos declinare est necessum, nimiam videlicet erubescenciam, & infamem imprudentiam. Primum quod laqueum attinet, non te quæso à falsa finas apprehensione decipi, quòd Confessarius non velit, aut non possit te adsolvere, aut quòd asperius te sit compellaturus, aut scandalum ex tuis capturus peccatis; non enim hoc verum est. Esto persuasus, quòd, quò enormiora & horribiliora fuerint peccata tua, eò intimiore compassionis sensu Confessarius erga te sit afficiendus, & quò profundior est fossa, in quam

cecidisti, eò major ad te extrahendum Confessarii diligentia erit & sollicitudo. Maſte animò, magna te confidentia expectores, & vix aperto ad accusandum te ore, timorem, & repugnantiam omnem evanuisse experière; modò ad aliud ne declines extremum, ſcilicet peccata tua impudentiâ quadam, & perfrictâ fronte pandas, ea veluti ex jaſtancia, & impudenter enarrandò. In Confessione peccatorum ſpiritu compunctionis, & ſubmiſſionis agi, ac brevem eſſe te oportet, idque duntaxat afferendum, quod ad exonerandam conſcientiam neceſſarium cenſes. Juvabit attentius penſitare exemplum practicum mox ſubjiciendum.

Injuventute tua haluiſtine peſſimam conſuetudinem te polluendi? quot annis perſeveraſti in committenda tam gravi enormitate? & quanta cum frequentia committebas illam? quoties in menſe, aut in hebdomada? dic ſincerè, id, quod tibi videtur probabilius, & explica etiam, in qualia objecta mens tua ferebatur in illo actu indigno offendendi Deum.

Ita Pater, ſemel à maledicto quodam ſocio hanc didici iniquitatem, nec unquam amplius emendatus ſum; circa duodecimum, vel tertium decimum ætatis annum hoc peccatum committere cæpi, illudque bis, vel ter in hebdomoda committebam, aliquoties verò etiam quotidie;

ali-

aliquando tamen nec semel in hebdomada Mens autem mea in diversa ferebatur objecta diversæ speciei, modò in unam, modo in alteram scēminam, nihilque curans, essent nē puellæ, vel conjugatæ, cunctas desiderabam, nec ullam toto annorum illorum tempore diligentiam adhibui, ut me emendarem; quin imò ex proposito nunquam ad eundem redibam Confessarium, sed semper novos quærebam, & quos ad me absolvendum propensiores judicabam, oculorum tenus in hoc luto immerfus fui, & ignoro, an necessè sit explicare, me illud septies, vel octies etiam in loco sacro commississe.

C. Absolutæ utique necessitatis est, explicandi circumstantiam loci sacri, prout etiam necessè est explicare qualitatem objectorum, in quæ tuum ferebatur desiderium, an scilicet fuerint personæ sacræ, vel tibi consanguinitate conjunctæ &c. quia verò à quodam tuo socio de hac iniquitate te edoctum fuisse dicis, necessariò pariter explicare teneris, an simul cum illo vos invicem excitando hoc perpetraveris peccatum, nec non an alios & quos tu similiter docueris, & an inter hos à te seductos aliquis tuus fuerit consanguineus, in primo præcipuè, vel secundo gradu. Insuper an primus fueris ad inducendum, & an cum aliquo ex istis sociis activè, vel passivè sodomiam

commiseris, & quoties? Dic sincerè omnia, tibi enim compatiar, & ex corde compatiar, quamvis te cum brutis, & cum malitia indicibili, ac inexcogitabili hæc delicta commisisse confitearis, ideò ne paveas.

Gratias tibi ago Pater, quia confortasti P. me, & sanè multum egeo, præcipuè propter ultimam speciem bastialitatis prænotatam, quam decies in pueritia commisi, nec unquam præ pudore confessus sum. Insuper confiteor decem, vel duodecim juvenes de malitia à me edoctos fuisse, alternatim cum omnibus quadragesies, vel quinquagesies pollutionem committendo, & unus ex ipsis meus erat consanguineus, cum quo septies vel octies peccavi, & ego ferè semper primus fui ad illos inducendos, imò cum tribus, aut quatuor ex supra dictis quindecim, vel viginti vicibus nefandum commisi peccatum ferè semper me activè concurrente, licèt non semper completè. In omnibus autem hisce delictis superabundavit in me malitia; quapropter ex toto corde doleo, & summa cum erubescencia me accuso.

Cum aliquo ex prædictis juvenibus fui. C. sine in occasione proxima peccandi, id est, frequentèrne, & à multo tempore peccatum commisisti?

Ita Pater! cum uno septem, aut octo P. mensibus quotidie conversatus sum, omni

omni ferè hebdomadâ peccatum committendô.

C. Post contractum Matrimonium committisne aliquando solus peccatum pollutionis?

P. Utique. Sed rariùs, semel videlicet aut bis in mense, aliquo autem mense ne semel! mens verò mea in diversa ferebatur objecta, *ut supra*.

C. Habuistine inhonestam conversationem cum mulieribus, ipsas tangendô vel osculandô? explica saltem circiter cum quot & an rarò, vel frequenter?

P. Cum multis utique mulieribus, nempe cum triginta circiter hæc sæpiùs exercui ipsas & tangendô, & osculandô, & paucæ effluxerunt hebdomadæ, in quibus talem non commiserim errorem.

C. Ultra dictos, & oscula inhonesta habuistine aliquando copulam perfectam? explica mulierum numerum, & statum earum. Et an habueris cum aliqua ex ipsis occasionem proximam peccandi?

P. Ita Pater? cum quinque, vel sex mulieribus habui copulam perfectam, ex quibus duæ erant liberæ, & cum ipsis peccavi viginti, aut triginta vicibus circiter, tres vel quatuor erant conjugatæ, cum quibus totidem circiter vicibus peccavi, cum una autem puella fui in occasione proxima septem, vel octo annis; & quia in uxorem ipsam ducere cupiebam, cum ipsa inho-

inhonestum fovebam amorem, eam quotidie visitandô; quotidie tamen non peccavi ex defectu opportunitatis, sed bis tantum, vel ter in mense cum ipsa copulam imperfectam committebam, frequenter verò eam tangebam.

Cum ipsam te quotidie visitâsse dicas, C. licet non semper peccatum consummaveris, nihil ominùs quotidie peccâsti ob periculum peccandi, cui te exponebas. Dic tamen, an ipsam ad copulam induxeris cum promissione illam tibi desponsandi? & an post sponsalia cum illa peccaveris? & quod pejus est, an tacendo in Confessione hujusmodi peccata Sacramentum Matrimonii receperis? insuper explica, an post illud ritè celebratum cum aliis mulieribus iterum peccaveris? & an defactò cum aliqua ex ipsis sis in occasione proxima?

Ita Pater! ego illam induxi variis promissionibus, peractisque sponsalibus ter, P. aut quater cum ipsa peccavi, & quod iniquissimum est, talibus peccatis inquinatus Matrimonii Sacramentum recepi. Post contractum verò Matrimonium ter, aut quater cum soluta peccavi. Duo insuper sunt, vel tres anni, quibus inhonestam habeo amicitiam cum ligata, cum qua ter, vel quater in mense copulam habeo. Quindecim autem jam peracti sunt dies, quibus Deo adjuvante liber sum ab hoc

peccato, & me non amplius peccaturum jurejurando promitto.

C. Non sufficit juramentum de non amplius peccando, sed necesse est, quod promittas, te non amplius conversationem habiturum cum illa; ego te absolvere non deberem, cum hæc sit proxima occasio peccandi; verum, quia suppono te ab aliis de pessimo tuo statu, in quo his duobus, vel tribus annis vixisti, admonitum non fuisse, & quod nunc firmiter proponas non amplius domum illam adeundi, imò amiceam omnimodè declinandi, nec amplius cum illa loquendi, & credo, quod in hac tua Confessione generali mihi promittas ex corde, eam ob causam, & propter specialem dolorem, quem sensibiliter demonstras, pro hac vice te absolvam; scito tamen, quod relabendo non amplius sis reperturus, qui te absolvat. Nunc verò, cum tu conjugatus sis, dic mihi, num cum tua conjuge Matrimonio honestè sis usus, & an habeas circa hanc materiam de quo tua te remordeat conscientia?

P. Audivi aliquando, quod in usu Matrimonii committi possint peccata mortalia, & ideò obsecro Paternitatem tuam, ut me instruere digneris sincerè ad quæsitum respondendum.

D. Quando viri petunt instrui, debet Confessarius ipsos clarius interrogare; in ip-

sis enim interrogandis non tantum adest periculum, sicut in mulieribus, & ideo licitum erit ab eis quærere, an in usu Matrimonii alias fœminas præter propriam concupierint? & quot, & quoties? & cujus fuerint conditionis, aut statûs? an in dicto usu cum propria uxore servârint vas naturale? an voluntariè semen foràs effuderint; vel evidenti periculo talem errorem committendi se exposuerint? Cum mulieribus verò interrogationes istæ fieri non solent, nisi illæ à se ipsis de his clarum præbeant indicium. Idem pariter dic de aliis interrogationibus pro masculis suprâ notatis, quæ licèt etiam cum mulieribus servatis servandis fieri possint, cum majori tamen cautela fieri debent; aliqua enim sunt consideratione digna, quæ & à mulieribus quidem quærenda, sed cum magna prudentia, modestia, & circumscriptione, & non ab omnibus, ne ipsas edoceat ea, quæ à multis ignorantur. Gradatim igitur procedat; si namque mulier confiteatur, se impuris cogitationibus consensum præbuisse, interrogari potest, an in pueritia res inhonestas cum pueris commiserit, & in quali ætate? aliquando enim malum in ætate puerili patratum asserunt, quod tamen commissum fuit post annos duodecim, quando malitia erat omnino completa. Insuper est interroganda, an cum sociabus habuerit inhonestos

nestos discursus? & si aliqualis malitiæ indicium præbeat, ab ea quærat, an se ipsam illicitè ob meram delectationem tetigerit? quàm plures namque mulieres in hoc vitio miserrimè involutæ jacent. Non est tamen ulterius quærendum, an intervenerit pollutio, nisi forte in ipsa met cernatur plena ad malitiam hanc patrandam libertas, & illa apertius loquendô occasionem præbeat interrogandi. Et enim non omnes mulieres, ut fatentur periti, hanc patiuntur miseriam saltem ita sensibilem, ut ab ipsis possit agnosci. Si postea ad interrogationes prædictas respondeat, se utique illicitè tetigisse, ignorasse tamen hoc esse peccatum, non illicò ipsi credatur, sed modestè instruitur, quod illicitè se ipsam tangere ob meram scilicet delectationem, & non ob aliquam necessitatem, gravissimum sit peccatum; nam aliàs Confessio grave foret sacrilegium, & hoc modo omne evacuabitur venenum. Si pœnitens alteri fomentum dedit amoris, ab ipsa quærendum est, an indignis consenserit cogitationibus? vel amasio fuerit occasio talis consensûs; an cum delectatione protulerit, vel audierit verba obscæna, aut æquivocè lasciva? an ad choreas pergens malitiosè amasi manum strinxerit? & an in locis separatîs sola cum solo consistere consueverit, surgendo noctis tempore ad colloquendum,

dum
suoru
parv
tand
com
de a
lùm
tus?
tum
lent
flua
nem
an f
terr
lum
ben
stol
tion
vet
inv
ad
pra
fur
ter
far
dù
qu
re
ti
ro
te
p

dum, etiam cum magna forsan majorum suorum amaritudine, quibus non obedire parvi pendebat? & alia plura similia. Si tandem pœnitens lapsa est in peccata completa cum masculis, interroganda est de abortû, an scilicet sit secutus, vel solum attentatus? an foetus fuerit animatus? & quoties periculo se exposuerit abortum patiendi? cum conjugatis, qui nolent habere plures filios, non erit superflua interrogatio, an conjugibus occasionem dederint semen foras effundendi? an saltem tale habuerint desiderium? interrogentur ultimò, dederintne scandalum aliis opportunitatem peccandi præbendo in domo sua? vel deferendo epistolas amatorias, annuntiationes, salutaciones &c. in hoc deficere solent ancillæ, vetulæ, nec non & puellæ, ac sorores sibi invicem una alteri obsequium exhibendo ad confovendos impuros amores. Omnes prædictæ interrogationes licitè fieri possunt mulieribus in hac tam lubrica materia, non tamen omnibus; idè Confessarius prudenter discernere tenetur secundum lumen ipsi communicatum à Deo, quem enixis precibus exorabit, ut inspiciat, quænam talibus indigeant interrogationibus, & quæ non. Factis hiscè interrogationibus roget Confessarius pœnitentem, ut si aliud quid adhuc in hac materia proponendum habeat, liberrimè depromat.

idque repetitis vicibus eidem ineulcet, ne ullum reticeatur peccatum.

Et tu mi pœnitens, non debes laborem omnem soli relinquere Confessario, sed omne, quod conscientiae tuæ oneri esse cognoscis, liberrimè edicere, quamvis ob inadvvertentiam Confessarius te non interroget. Atque ideò, si familiaritatem foves cum Monialibus, aut aliis simplici voto castitatis ligatis, si secretò innodaris matrimonii impedimento; si pactum iniisti expressum, vel implicitum cum Dæmone, si litteras gestas amatorias, aut alia fœdi amoris pignora; si picturæ tibi sunt obscenæ, libri impuri, & similia, totum pandere oportet, si plenam peccatorum purgationem, & salutem perfectam consequi cupis. Porro Confessarius ut pedem tandem ex hac lutea materia efferat, finem sequenti modo faciat.

- C. Denique accusas te de omnibus impudiciis, commissis à te, & omnibus illis, quos ad eas patrandas induxisti verbis obscenis, consiliis pravis, sollicitandò, & tentandò personas diversi sexus per te metipsum, & alios, conquirendò occasiones pessimas, & aperto te peccandi periculo exponendò, dandò occasionem aliis suspicandi, judicandi, & murmurandi contra honorem tuum, & personas, quibus à servitiis eras, de omni eo, cujus
- non

et, ne non recordaris, & quod non cognoscis, nec benè explicare nōsti, de omni, inquam, eo te accusas, an non ita est?

Ita Pater! generaliter me accuso de P. omnibus peccatis carnalibus; pœnitet me de omnibus & singulis in particulari, utinam! omnium recordarer, ut ea exactius declarare valerem; accuso me etiam de malis habitibus, & peccaminosè contracta consuetudine, & gravissimâ malitiâ in peccando contra Deum effronter commissâ, prout reus sum in conspectu ejus.

Admisistine in materia fidei dubium, C. aut opinionem contrariam articulis, quos sancta tenet Mater Ecclesia?

Pater non! subjecerunt equidem mentem meam cogitationes quædam volantes, sed per gratiam Dei voluntariè iis non inhæsi.

Didicistine etiam facere superstitiones C. diabolicas verbis, aut signis, ad curandas infirmitates, aut excitandum amorem in aliis, portastine unquam ligaturas, aut scripturas contra arma, ut te invulnerabilem redderes, aut res similes.

Ita Pater: portavi scripturam quandam P. per aliquot annos; dictum mihi fuit, quod qui eam ex devotione secum tulerit, sit à traiectione securus; si portare eam non licet, igni mandabo.

Legistine libros prohibitos, vel eosdem C. nē possides sine licentia?

- P.** Ita Pater: legi aliquos, ignorans esse prohibitos, dum verò interdictos novi, mox à lectione cessavi.
- C.** Deposuistine juramentum falsum in iudicio cum vel sine damno proximi, abutendo Sanctissimo Dei nomine, aut Sanctorum ?
- P.** Ita Pater; juravi sæpenumerò non tamen semper falsum, subin verum, quandoque falsum; bis, aut ter induxi alios ad falsò jurandum cum damno proximi. Semel falsum juravi in favorem amici.
- C.** Semper peccasti, five falsum jurandò, five etiam verum ob periculum, perjurii, cui te exposuisti; edicito tempus, & frequentiam, & an refarciveris damnum tam à te, quàm aliis, quos induxisti, illatum; & quamvis damnum nullum causaveris, & solum in favorem alterius sine detrimento tertii falsum juraveris, nihilominus peccasti, cum etiam ad procurandam (si opus foret) totius mundi conservationem mentiri non liceat. Præterea nonnè nomen sanctissimum Dei, aut sanctorum blasphemasti? & quæ fuerunt blasphemiae illæ ?
- D.** Advertas velim, quòd rudiores nomine blasphemiae non rarò intelligant simplicem imprecationem, aut dictum quodpiam in quo memoratur sanctissimum nomen JEsu; ideoque necesse est, ut Confessarius illis explicet, quid nomine blasphemiae veniat, ut discer-

nere valeat, an ipſorum dicta veræ fuerint
blasphemix, & quando tales eſſe reperi-
indaget, an fuerint ſimplices, vel hære-
ticales &c.

An etiam imprecationes, & maledictio- **C.**
nes effutire conſueviſti? & quidem animò
ſeriò, an verò, ad ſedandam duntaxat bi-
lem? haſcenè adverſus filios, aut quod
plùs eſt, Patrem, & Matrem cum audien-
tium ſcandalo egeſſiſti?

Ita Pater; Erravi hac in re plurimùm, **P.**
verùm animò ſeriò, ita ut maledictiones
meæ effectum fortirentur, rarò. Sæpiùs
ad ſedandam bilem, aliquoties adverſus
Patrem, & Matrem, ſæpiſſimè contra fi-
lios. Accuſo me de ſcandalo viciniſ, aliis-
que audientibus dato, ſimùlque de malo
habitu, quem eradicare nunquam ſum co-
natus, & propterea nec emendatus.

Omiſiſtine diebus feſtivis miſſam ex ne- **C.**
gligentia, aut audiſti ſine devotione?

Ita Pater; decies, vel duodecies omiſi, **P.**
& ferè ſemper aliàs audiſti mente diſtra-
cta, quandoque ſomniculoſus, aut aſpexi
intrantes, & exeuntes ſine ulla devotio-
nis ſcintillâ; atque ideo de hoc me accuſo.

Plus duabùs horis laboraſtine diebùs fe- **C.**
ſtivis, aut aliis laborandi occaſionem de-
diſti?

Pater mi: plura ſervilia opera diebùs **P.**
feſtivis exercui, ſamulos ſimiliter ad ea
exercenda induxi, ſpecialiter dum ſarto-

ris opificium obivi. Ad satisfaciendum adventantibus principalia etiam festa profanavi decies, aut duodecies in anno, jamque septem, aut octo anni sunt, quæ ad laborem domesticos meos omnes his diebûs adstrinxi, ac idcirco castigans castigavit me Dominus, cum ad pauperiem reductus sim; pœnitet me de offensa Deo meo irrogata.

C. Observastine ab Ecclesia præcepta, maxime dum factoris officium cum jejunio compatibile exercuisti? præterea transgrediendo præceptum jejunii, manducastine in super carnes diebûs prohibitis?

P. Rarò admodum debitò cum rigore; & dicere audeo me semper ultra dimidium excessisse. Carnem verò toto vitæ tempore diebus prohibitis haud ultra septem, aut octo vices manducavi.

C. Non recordaris te unquam Patrem, vel Matrem, vel majores tuos graviter offendisse?

P. Ita Pater! inobediens fui, ac sæpè eos offendi auferendò è domo reculas, aut pecuniam ad prodigendum. Decies, aut octies verbis eos injuriosis læsi, & quinques, vel sexies ex animo mortem eorum desideravi.

C. Armanè portasti prohibita, rixas cum fodalibus, aut æmulis fovendo, exponendo te periculis vulneris infligendi, aut recipiendi, aut alteri grave quoad corpus, &

animam damnum, aut domui tuæ detrimentum inferendi.

Ita Pater: octies, aut decies cum aliis P. sum rixatus, duos vulneravi! verum damna compensavi illata. Duobus annis continuus arma portavi prohibita, periculo reclusionis in carceres me exponens.

Tabernas, & hospitia frequentāsne li. C. benter ludendō chartis, aliōsque lusus abominandos, ac te inebriandō? prorumpisnē in blasphemias, & sermones obscænos?

Ita Pater: totum est verum; ter, quater, quater, quater in mense ebrius sum, toties chartis, & aleis lusi, atque hinc occasio provenit blasphemandi. Verum ecce jam firmissimum concepi propositum haud amplius me inebriandi, aut blasphemandi.

Non sufficit promissio, quod te imposterum inebriare, aut blasphemare nolis; sed promittas mihi seriō, est necessum, te non amplius popinas, & tabernas accersurum, nunquāque amplius chartis, aut aleis lusura; nec ego te absolvere valeo, si ab alio antecederet monitus hujus obligationis, te non emendāsti; Verum quia nunquam te admonitum ais, & ex alia parte te compunctum cerno, & promptum ad obediendum, hac vice te absolvam; adverte tamen, ne excepto casu inevitabilis necessitatis pedem amplius hospitii, & tabernis inferas, aliās nemo te absolvet.

re valebit. In hospitiiis igitur illis, conversationibus, nunquamnè adversus proximum cum præjudicio famæ & honoris ejusdem murmuraſti ?

P. Ita pater: hæc est fragilitas mea; linguam hanc peſſimam in fræno continere non valeo, murmuro sæpiſſimè, vera, & publica effutio, verùm sæpè etiam ſecreta in re gravi revelavi trigefies, aut quadragefies circiter, & quod pejus eſt, ter, aut quater calumniatus ſum proximum crimina falſa de eodem evomens.

C. Non ſufficit ſola accuſatio, ſed famam oportet reſtituere ablatam; dum de rebus publicis, & veris murmurâſti, venialiter ſolùm deliquiſti, ſed ſecreta in re gravi manifeſtando gravi te peccatò inquinâſti, planèque opus eſt, famam reſtituere ablatam, benè de eodem loquendò; verùm, ſi falſum de eo criminatus es, apertè fatearis neceſſe eſt, te falſum edixiſſe, & ſi opus eſt, id juramentò confirmare debes. Cum igitur volubilis adèd & dicacis linguæ ſis, non vanè ſuſpikor, te quoque cordis eſſe abalienati; dic itaque an non erga proximum nutriens odium, grave ei obventurum deſiderando malum, aut gaudendo de malo ei illato, aut triſtando de bono ejusdem ?

P. Ita Pater: quinque, aut ſex excurrère anni, quod inimicitias adverſus duas foveam perſonas, non alloquiò, non ſalutatione

illas

illas dignor. Et si quid mali iisdem afferre potuissem, fecissem sanè. Sed Pater mi! scire te oportet, me ab iisdem gravibus oneratum injuriis &c.

Invigilet hìc Confessarius, ut ne perdat poenitentem odii, aut rancoris sui causas afferre; tum quia nulla in medium adduci potest ratio, odium proximi justificans; tum quia rememoratione injuriarum illatarum passio iræ reaccenditur, & loco compunctionis, & contritionis de peccatis vulnus odii recrudesceat, multiplicenturque etiam in Confessionali peccata. Dicendum proinde illi, reconciliationem, & pacem ineat, si absolutione donari cupit, obligandusque erit ad danda saltem communia benevolentiae signa, & vel maximè si inimicitiam, aut odium gerat adversus sanguine, vel affinitate junctos, non sufficit salutatio, sed oportet convenienti eos tempore visitare, ac solitis humanitatis officiis prosequi; quòd si poenitens monitis obtemperare renuat, beneficio absolutionis privandus veniet. Si verò seriò promittit animò, maximè quando antecedenter Confessario ad id eum non obliganti promissionem non fecit, absolvi poterit. Id tamen intelligendum venit in casu, quo per angustias temporis non potest se prius reconciliare cum proximo, quia ordinarius in praxi meritò observandus modus est hic, ut semper absolutio-

nem præcedat reconciliatio. Quod numerum similis generis peccatorum attinet, sufficit confiteri tempus, & frequentiam, cum moraliter impossibile sit, in his casibus certum, aut probabilem numerum investigare.

C. Circa damna in bonis fortunæ proximo illata non remordet conscientia?

P. Ita Pater; facienda restitutio triginta scutorum, seu plus quam sexaginta florenorum mihi incumbit. Promitto me eam facturum.

C. Subsistamus paululum; nonnulli siquidem hic sunt dissolvendi nodi, prius explices est necesse, quot vicibus distinctis triginta scuta, seu plures sexaginta florenis tibi vendicaris?

P. Semel decem scuta pauperi, decem alia variis personis, pluribus distinctis vicibus, huic Julium, seu quatuor, aut quinque grossos abstuli, accuratè numerum defraudationum, vel defraudatorum, haud scio. Decem Domino meo minutis furtis successivè clepsi, jam Julium unum, id est quatuor aut quinque grossos, jam duos, aut tres Pajocchos, id est, duos ferè crucigeros. Sed promitto me totum quantum restitutum, pauperibusque eleemosynæ locò erogaturum.

C. In pauperes eleemosynam de tuis non alienis erogato, & idcirco scuta decem pauperi ablata eidem veniunt restituenda,

sicut

sicut & ablata Domino. Alia verò cum eorum à te nesciantur Domini; ad dandam impendi possunt eleemosynam; at non sum contentus, quòd restitutionem faciendam promittas; dic, à quanto tempore triginta scuta restituendi obligationem contraxisti?

Sex, aut septem abière anni.

P.

Per illud tempus an non fuit tibi restituendi facultas, vel saltem esse potuit, sumptus domesticos restringendò, & diminuendò?

C.

Ita Pater: partem saltem restituere valebam; at non restitui, promitto tamen me omnia refarciturum.

P.

Non fili mi! non sufficit ista promissio, præcipuè si promissis jam alteri Confessario factis non stetisti; scias quippe velim, quòd quoties potens restituere non restituis, toties semper pecces. Et idè de continuato hoc peccato successive injustitiæ te accuses est necesse, quod per totum illud tempus commisisti, in quo restitutionem distulisti; & ut rem accuratiùs discutiamus, dic mihi, quantum pecuniæ simul restituendæ tibi suppetit?

C.

Septem, aut octo scuta Pater: reliquum enim vitæ sustentandæ interea necessarium.

P.

Benè! octo scuta hodie restituas pauperi, cui primum intulisti damnum. Non deberem equidem te, nisi post restitutionem factam absolvere, sed in te, quem

C.

com.

compunctum cerno, confido; pro cautela verò nolo ante factam restitutionem communicates, quod reliquum attinet, credo equidem te ad id unico actu restituendi impotentiam redactum, cum tuas adeò misérias exageres. Sed per intervalla semper modicum quid restituendum erit; edicto quantum omni septimanâ in tabernis consumas?

P. Unum testonem, seu octo fermè grossos, quandoque plures expendere soleo.

C. Benè! tabernas haud imposterum accedas, uti jam promisti, sepone in partem omni mense testones quatuor, seu triginta duos grossos, & ecce paucò temporis spatium rem tuam cum Deo, & proximo compositam! si porrò honestò illectus motivò tu ipse restituere erubescis, Confessarium implora, cujus adminiculo omni mense quatuor testones, seu triginta duos grossos restitues, atque hocce modò conscientiae, & honori consulens tuo.

P. Pater mi! contentissimus sum, mille tibi grates dico, pro certo asseverans, quòd si Confessarii alii hoc mihi charitatis officium praestitissent, non tanto temporis spatium unguibus diaboli comprehensus vixissem.

D. In materia hac restitutionis possent multae aliae ad poenitentes dirigi interrogationes: sed si omnes hìc allegare conarer, subirem labyrinthum sine spe denuò inde exeundi,

di, cum pro illis intricatissimæ restent difficultates solvendæ, qui ad clependa aliorum fortunæ bona manum extendere; lumen duntaxat exiguum interrogationibus hic expositis accendere cupio Confessario novello. Cæterum vigilantiore plusquam in aliis materiis Confessario hic opus est prudentiâ, qui si dubitet, non sibimet ipsi fidat, sed dum de damno, & præjudicio tertii agitur, ante decisionem libros, aut Confessarios doctiores, magisque versatos consulat. Quodd, si dubium utrique parti est cognitum, caveat Confessarius, ne arbitrum, aut compromissarium, minus Judicem agat, sed iisdem persuadeat, ut prætermissa lite, & processu forensi invicem conveniant, ac tertio causam decidendam comittant; nec se immisceat negotiis sui poenitentis ad evitanda varia incommoda, & amaras occupationes postea poenitendas.

Si in actu Confessionis omnes dissolvi nequeunt nodi, decisio casûs ad aliud reservari potest tempus, cum, quantum ad beneficium absolutionis à culpa recipiendum sufficiat in poenitente dolorosa accusatio, adjunctâ pronâ voluntate restituendi id, quod postea Confessarius secundum conscientiam ordinaverit. Ad modum quoque restituendi benè attendatur, hinc si mercatores alique negotiatores veniunt, qui proximum damnificârunt leviori mercium pondere,

dere, aut mensuris falsis plures de com-
munitate integra decipientes, obligandi
veniunt, vel ad restitutionem pauperibus
faciendam, vel justioribus, magisque ex-
cedentibus mensuris postea merces suas
vendendas, maximè si dictis fraudibus po-
pulo egeno damnum fuit illatum.

Verum si furtis minutis una duntaxat
persona fuit læsa, erroneum foret manda-
re pœnitenti, ut eleemosynam pauperibus
distribuat, aut missas celebrari faciat, sed
jus personæ læsæ integrè est reparandum.

Quòd si pœnitens pauper est, furtaque
ejus minuta sunt, uti si fructus, si ligna
clepsit, suggeri eidem potest bonum quod-
dam spirituale v. g. rosaria, aut missa
audienda pro defraudato offerat; firmum
tamen emendationis pro futuro eidem in-
culcetur propositum. Quamvis autem
cum aliquibus sine ulla discretionem arbo-
res fructiferas, & virides plantationes ad
comparanda sibi ligna incidentibus seve-
rius agendum sit, ordinariè tamen cum
pauperibus prætermisissimis rigidioribus quo-
rundam Theologorum sententiis magis
charitate, & benevolâ indulgentia, quàm
Catoniano-Theologico rigore proceden-
dum erit.

Et tu Pœnitens non debes jactabundus
te ostentare Theologum in illo peccati ge-
nere, quod post se restituendi trahit obli-
gationem, sed boni Confessarii submittas

te oportet directioni; casum conscientiam gravantem sincerè, & candidè exponas, cum vel una solum reticita circumstantia iudicium Confessarii queat immutare, neque tu absolutus fores.

Si magnam in restituendo sentis repugnantiam, cordis amaritudinem decantata illa dulcores maximâ: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Et: *Aut restituendum, aut ardendum!*

Expositis jam peccatis à te commissis **C.** omnino necessum est, ut peccata, quæ ab aliis committi fecisti, aperias. Edic igitur, quot proximo scandala, seu quas peccandi occasiones præbuiſti? quoties devotiones derisui, & contemptui habuisti? an non dux, authórque extitisti aliis ad frequentandas tabernas, saltus, & conversationes licentiosiores, adornandos ludos, & symposia domi tuæ? an non filiis familias, Parentibus clependi, & bona dilapidandi ansam dedisti? accusa te proinde peccatis istis, quorum committendorum aliis occasionem subministrâsti, quia nec numerum, nec frequentiam scire potes, accusas te de malo contracto habitu?

Ita Pater: de his omnibus me dolens accuſo. **P.** Verissimum est, quod infame scandalum per decem, aut duodecim annos præbuerim, & impossibile est certum scandalorum allegare numerum; ac proinde accuſo me, prout coram Deo reus sum.

D. Ul.

D. Ultimò Confessarius pœnitentes interroga-
 bis de propriis statum, & conditionem
 suam concernentibus obligationibus, spe-
 ciatim de illis, quæ præjudicium quod-
 dam tertii secum ferunt. Sciscitabitur
 proin à pœnitente, an sit tutor, executor
 testamenti, deputatus pro conservandis
 locis piis, Medicus, Notarius, Advocatus,
 Judex, Procurator, Syndicus communita-
 tis? cùm hæc officia speciales quasdam
 obligationes habeant adnexas, quarum
 quivis Confessarius gnarus esse debet; an
 votum fecerit, illudque non impleverit?
 multi enim rudes hac in materia errant,
 & ideò interrogari debent, an quando
 dixerunt, facio votum, voluerint se obli-
 gare Deo vera promissione sub reatu pec-
 cati gravis; ut discernatur, num verum
 votum, an verò simplex, nudumque dun-
 taxat fuerit propositum.

Si pœnitens dives est, interrogetur, an
 debitas pauperibus eleemosynas fuerit
 elargitus, an debita in longum protraxerit,
 non solvendo dum poteras; mercedem
 operariis, & pauperibus negarit, aut di-
 minuerit. Si pœnitens est persona Eccle-
 siastica, quamvis similes non sit tanta in-
 terrogandi obligatio, quanta simplices, &
 rudes, si tamen Confessarius aliquem in
 explicatione peccatorum deficere animad-
 vertat, examinet illum de obligationibus
 statum suum concernentibus, v. g. an ce-
 lebra-

interrogaverit in statu peccati mortalis, an receptionem missæ stipendiis fecerit satis; an officium divinum omiserit; an officium divinum omiserit, an familiaritates cum scandaloso foverit; simoniam commiserit; & reliqua &c. Præterea Patres familias interrogentur, an conjugalem amorem consorti impendant; an durius eam tractent, an filios filiasve christiane educarint; an ad doctrinam eos christianam adstringant; an verò habenas iis laxent, sinendò eas illicitis vacare amoribus, frequentare tabernas, ludos, & liberiores hujus sæculi exulcerati vitam vivere.

De eodem examinandi veniunt proprietarii domorum, Avunculi, aliisque domini, an invigilent servis, famulis, nepotibus, aliisque subjectis, an sumptus conditionem statûs sui excedentes faciant, reddantque se impotentes ad mercedem, & legata pia solvenda.

Demum sciendum, præsentem Dialogum non habendum ceu regulam infallibilem omnibus omnino pœnitentibus applicandam, nam multæ hîc insertæ interrogationes non ad omnes sunt faciendæ, & multæ aliæ, quæ fieri poterant, prudentiæ Confessarii relinquuntur, qui in casibus particularibus, qualitati, & necessitati pœnitentium se accommodare norit. Et quamvis transgressiones communiore, ac omnia quasi peccata ordinariè

contra præcepta Dei, & Ecclesiæ commissa solita hic sint allata, sine obligatione Confessarii, ut interroget ordine hic posito, & pœnitentis, ut eo modo confiteatur, cum quandoque id ei oneri esse posset, & ideo relinquenda sit libertas.

Nihilominus ad ultimum à Confessario inculcandum est pœnitentibus, ut si quid ab eo non animadversum, ac in interrogationibus factis expressum conscientia illorum adhuc angat, plenissima pandant libertate, ut ne ob omissionem fors alicujus peccati remaneant inquieti. Deinde finem hunc in modum imponat.

C. Intellexisti jam totum vitæ præteritæ statum, atque ut generalem tuam compleam Confessionem, planè opus est, ut de Confessionibus omnibus malè toto vitæ tempore peractis te accuses. Dic igitur: sæpè confessus, vel sacra Confessionis & Communionis, sacramenta receperis?

P. Septies, aut octies in anno hæc recepi.

C. Accusas te igitur de confessionibus, & Communionibus malè factis, confessus namque es reticendo peccatum aut non procurando verum dolorem, & propositum. Pariter etiam te accusas de non impleto præcepto Paschali ob Confessiones, & Communiones sacrilegas, uti & de non perfectis pœnitentiis, suppono autem, quod easdem ultra dimidium neglexeris, an non ita est?

Ita Pater: accuso me, & doleo de omni- P.
bus, quantum valeo, & possum, O uti-
nam perditos vitæ dies revocare valerem!

Antequam absolutionem tibi impertiar, C.
necessarium est, ut sciam an necessariam
habeas Mysteriorum principalium nostræ
sanctæ fidei notitiam. Scisne illa?

Pater mi: in juventute sci vi, sed po- P.
stea eorum sum oblitus.

Excusatio ista non te liberat, sed magis C.
grayat; signum quippe est, quod non
exercueris actus fidei, spei, & charitatis,
quos saltem aliquoties in anno quivis fide-
lis elicere tenetur; deberem te absolutione
privatum dimittere ad addiscenda prius
dicta Mysteria, sed quia te omnem ad
hæc memoriæ mandanda adhibiturum con-
fido diligentiam, idcirco paucis te docebo,
quantum nunc ad dignè recipiendum pœ-
nitentiæ Sacramentum sufficit. Verum-
tamen prius dolorem elice de negligentia
in illis addiscendis habita. & de omissa fre-
quentatione doctrinæ Christianæ, quam ac-
cedere obligabâre. De omnibus igitur te
accusas, teque ex corde pœnitet?

Ita Pater: pœnitet Ah! P.

Scito jam principalia fidei Mysteria ne- C.
cessariò à quocunque fideli explicitè cre-
denda esse sequentia, scilicet: Unitas, &
Trinitas Dei. Deus Remunerator, & In-
carnatio, Mors, & Resurrectio Redempto-
ris. Quod ut melius capias, credere de-
bes,

bes, quod sit Deus unus solus, & tres distinctæ æquales personæ, quæ appellantur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hic Magnus Deus est Remunerator, nempe dat paradysum bonis, infernum malis, & ex his tribus personis secunda nempe Filius ad assumendam carnem humanam venit in mundum, & appellatur Iesus Christus Dominus noster, passus est pro nobis mortem, & resurrexit. Omnia hæc sunt necessariò explicitè credenda, si salvari volumus; jam intelligis, quæ dixi, atque ut melius addiscas, nōne promittis mihi te accessurum Parochum, aut alium capacem, qui te instruat?

P. Ita Pater: promitto, & indubiè promissa exequar.

C. Eliciamus nunc actus fidei, spei & charitatis, ac contritionis à te nunquam in vita benè factos; idcirco corde & ore repetite, quæ tibi fugeram.

Credo mi Deus, quia tu Veritas infallibilis id revelâsti Ecclesiæ sanctæ, quod sis Unus Deus solus in tribus personis æqualibus, quæ nominantur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Credo, quod Filius factus sit homo, mortuus pro nobis fuerit in cruce, resurrexerit, & ascenderit in cœlum, unde venturus est ad iudicandum omnes, ut det bonis paradysum sanctum, & malis æternas inferni pœnas. Credis toto corde hæc Mysteria?

Ita

Ita Pater.

Eliciamus nunc actum spei. Spero mi Deus, quia infinitè, misericors, fidelis, & omnipotens es, quod mihi sis concessurus peccatorum remissionem, gratiam in hac vita, & gloriam æternam in altera per merita Christi JEsu, mediantibus bonis operibus, quæ cum gratia tua me facturum confido. Sperasne verè remissionem peccatorum?

Ita Pater.

Elice jam actum amoris Dei. Mi Deus, quia summum bonum in te ipso es, te amo super omnia, & propter amorem tui, amo, & volo amare proximum meum sicut me ipsum. Amasne Deum tantum, tamque infinitum bonum?

Ita Pater.

Elice nunc actum contritionis, & dolens ex corde de omnibus peccatis tuis percutte pectus, ingemiscendo: Deus meus Christe JEsu! pœnitet me offendisse te: quia summum bonum es, & propono, te nunquam amplius me offensurum, Ah! nunquam, nunquam amplius. Doles ex corde?

Ah! ita Pater mi.

Quamvis non semper personæ capaciores, & cultiores, quippe, qui mysteriis fidei imbuti supponuntur, de dictis fidei mysteriis interrogari debeant, ne offendantur, nihilominus, ut punctum hoc maximi momenti illæsum custodiatur, si

Confessarius pœnitentem nanciscatur vitæ negligentioris, & ex ipsa Confessione conjiciat, quòd antecederet in eliciendis dictis actibus, defectum commiserit, optimum erit consilium eidem suaviter suggerere, ut ad fructuosius recipiendum pœnitentiæ Sacramentum, majorémque excitandam devotionem actus fidei &c. eliciat, quos dein Confessarius modo supra exposito eidem insinuet. Elicitis demum actibus illis fieri poterit brevis exhortatio, ut magis, magisque pœnitens inducatur ad detestandam vitam præteritam, & ordiendam novam, qua peracta concludat modo sequente.

C. Accusas te denique de omnibus peccatis mortalibus toto tempore vitæ commissis, nempe tam de illis, quæ confessus es, quàm, quæ non cognoscis, aut quorum es oblitus, aut quæ benè explicare nescis, sicut & de omnibus peccatis venialibus, scilicet mendaciis, impatentiis, curiositatibus, vanitatibus, excessibus in cibo, & potu, aliisque; & promittis mihi te evitaturum occasiones peccandi suprâ dictas, facturum restitutionem modò suprâ memoratò, cum firmissima resolutione vitam totaliter mutandi; idque mihi promittis ex corde?

P. Ita Pater! promitto ex corde, corde vero, & serio. Volo me emendare, & Christianam imposterum vitam ducere.

Si

Si aliud quidquam conscientiam tuam C.
gravat, edicito liberè, & te confidentia-
liter expectores, velim.

Per gratiam Dei puto me totum fuisse P.
confessum, nec quidquàm proferendum
restare.

Pœnitentia à me tibi mox imponenda C.
quandam cum tot malis habitibus peccā-
minosè per plures annos nutritis, tot pœ-
nitentiis omiſſis, & quod plùs est tantis
iniquitatibus, & sacrilegiis perpatratis ha-
beat proportionem est necesse; & ideo
per totum annum ad minimum semel in
mense confiteberis, & si sæpiùs ad hoc Sa-
cramentum accesseris, salubriùs tibi id,
utiliùsque erit. Per duos menses omni
die recitabis tertiam partem rosarii, & si
in recitatione illius aliquàlter mentem
reflexeris ad myſteria in hoc contenta,
O quantum animæ tuæ fructum accerſes!
porro in duobus his mensibus mane &
vesperi recitabis tria Ave Maria in ho-
norem Immaculatæ Conceptionis Mariæ
sanctissimæ, excitabisque in corde tuo
actum contritionis, & firmissimi propositi,
manè quidem non peccandi tota die, vespere
autem non peccandi illa nocte. O pra-
xim dignissimam! O Alexipharmacum
optimum ad non peccandum amplius in
æternum! Si in loco, civitate, vel op-
pido, ubi degis, erecta est via crucis, hanc
quinquies obibis devotè lustraturus sanctas

stationes ad lucrandas indulgentias. Si
 verò non adfit via crucis, magis à pie-
 tate celebrem patriæ tuæ Ecclesiam visi-
 tabis, recitandò ibidem quinque Pater
 & Ave ad honorem quinque vulnerum
 Salvatoris. Hæc est pœnitentia tua, hac
 tamen adjecta conditione, quod si die quo-
 dam ejus fueris oblitus, aut negotio gra-
 vi impeditus, nullum tibi scrupulum for-
 mes, cùm integrum tibi sit eam in aliud
 tempus magis opportunum differre. Jeju-
 nia, disciplinas, aliásque austeritates pro-
 meruisti subeundas, sed has ego pro te
 luam. Contentus sum, si levem hanc,
 suavémque pœnitentiam ritè peregeris,
 quam tibi quidem per duos tantum men-
 ses duraturam impono; cuperem tamen,
 ut devotionis causâ toto vitæ tempore
 obires. Renoves velim nunc actum con-
 tritionis, & dicas: Domine JESU Christe,
 pœnitet me! & doleo &c. O te felicem,
 si hoc toto corde pronuncies: Dominus
 Noster JESUS Christus &c. Deus te bene-
 dicat; vade nunc consolatus, & te secundò
 baptisatum, & renatum ad novam vitam ex-
 istimes, noli amplius mortaliter delinque-
 re, & confide fili in infinitam Dei miseri-
 cordiam, quæ salvabit te. Non opus est
 in futurum facere Confessionem generalem,
 & credas mi te hanc Confessionem gene-
 ralem optimè peregisse, nec præteritorum
 recorderis amplius. Consulo nihilominus

tibi,

tibi
 anno
 Deo
 tam
 conc
 E
 facie
 ra h
 de &
 nece
 ta,
 bitri
 amp
 si ta
 plac
 tur,
 inde
 exa
 fessi
 om
 men
 dere
 gera
 gen
 ut f
 com
 rò l
 tidi
 mi
 libe
 nè
 hal

tibi ut facias Confessionem generalem de anno in annum, ut semper limpida coram Deo gaudens conscientiae tranquillitate, vitam acquiras aeternam, quam tibi Deus concedat.

Ecce chare lector modum, & normam faciendae Confessionis generalis. Considera hanc, & quoad omnes apices perpende & rumina; quod si fors haec, utpote necessitatibus animae tuae haud accomodata, tibi non arrideat; scias velim, in arbitrio Confessarii positum esse eam truncare, ampliare, & per omnia suo adaptare genio; si tamen delicato admodum genio tuo non placeat, patere saltem, ut alii illam utantur, & quando vel unicus è tot lectoribus inde profectum animae suae comparabit exactam unicam faciendo generalem Confessionem, bene collocatam jam credam omnem operam, cum alia mihi haud mens fuerit, quam lumen quoddam accendere Confessario novello, ut bene dirigeret animas ad faciendam Confessionem generalem, simulque juvare poenitentem, ut se in bonam reduci sinat semitam, quam commonstrabunt Confessarii, maximè verò Missionarii, qui sancto huic officio quotidie ad majorem Dei gloriam, & proximi salutem insudant; si qua in re erravi, liberrimè errorem velim corrigas, & sanè correctionem tuam summæ gratiae locò habebo. Pro qua aeternum obligatum me

humillimè profitebor. Demum pro me Deum preceris, obsecro, ut, dum aliorum salutem studeo, non consciscam detrimentum animæ meæ timens cum Apostolo: *Ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.*

Actus oblationis omni mane eliciendus.

ÆTerne Deus, me prosterno ante oculos immensæ Majestatis tuæ, & humillimè adoro Te. Offero tibi omnes hujus diei cogitationes, verba & opera, & intendo omnia facere ob amorem Tui, & gloriam tuam, ut adimpleam sanctissimam voluntatem tuam divinam, laudem te, benedicam te, ut magis illuminer in mysteriis sanctæ fidei; ut certiores efficiam salutem animæ meæ; ut sperem securius in infinita misericordia tua; & satisficiam divinæ justitiæ tuæ. Ut refrigerium præbeam animabus sanctis in purgatorio, ut impetrem gratiam veræ conversionis omnibus peccatoribus, summam, intendo omnia operari, & facere in unione purissimarum intentionum illarum, quas habuerunt in vita JESUS, & Maria, & omnes Sancti, qui sunt in cælo, ac justis, qui sunt in terra; O utinam, subscribere possem hanc intentionem meam proprio sanguine, & tot vicibus omni momento repetere, quot erunt momenta

in æternitate! Ah! recipe, mi Deus! hanc bonam voluntatem, totumque cor meum, & impertire mihi sanctam benedictionem tuam, gratiamque efficacem non committendi toto tempore vitæ meæ peccatum mortale, specialiter verò hac die, in quo desidero, & intendo lucrari omnes, quas possum indulgentias, ac assistere omnibus Missæ Sacrificiis in toto mundo celebrandis, quas omnes offero in suffragium pro animabus sanctis in purgatorio, ut à pœnis liberentur. Amen.

Actus Virtutum

Ad obtinendam æternam Salutem necessarii.

Actus Fidei.

CRedo mi Deus, quia Tu æterna, & infallibilis veritas ita revelasti, quod sis unus Deus, solus in tribus personis æqualibus, scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Credo, quod Filius sanctus sit homo; mortuus pro nobis in cruce, surrexit à mortuis, & ascenderit in cœlum, unde venturus est in fine mundi judicare omnes, & dare bonis paradysum, & reprobis pœnas inferni.

Actus Spei.

SPero mi Deus de tua infinita misericordia, remissionem peccatorum meorum.

gratiam tuam in hac, & gloriam in altera
vita per merita sanguinis JESU, & median-
tibus operibus bonis, quæ cum auxilio tuo
me facturum confido.

Actus Charitatis.

DEus meus! amo te super omnia, quia
infinite bonum es, & amore tui amo,
& volo amare proximum meum sicut me
ipsum.

Actus Contritionis.

DEus meus! quia tu es infinite bonum
super omnia amari dignissimum, pœni-
tet me ex toto corde, quod offenderim te, &
propono firmissimè cum divina tua gratia
te non amplius offendere, nunquam, nun-
quam amplius!

Actus Contritionis brevior.

Domine JESU Christe! pœnitet me,
quod offenderim te, quia summum
bonum es, propono non amplius offen-
dere te.

EPISTOLA
A
S. FRANCISCO
DE SALES

AD
CURATOS SUÆ GENE-
BENSIS DIOECESIS
DATA.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Nemo non novit, quanta aviditate,
& desiderio ab omnibus passim ex-
cipiantur Scripta, Monita, Exhorta-
tiones, & Doctrinæ D. Francisci Sa-
lesii. Testes sunt tot Editiones Operum
Illius, ac particularium Tractatum,
quæ variis in linguis, diversisque Ty-
pīs tantis vicibus prodire.

Gratissimum proinde me, hoc opu-
sculum legentibus, arbitror præstiturum
obsequium, si illi adjunxero generales
Instructiones ab hoc Sancto Confessa-
riis

riis suæ Diœcesis pro Apostolico, quò
cor ejus aestuabat, Zelò datas. Con-
tinentur illæ in Epistola Ejusdem,
quam mihi quidam ex Italico in La-
tinum versam (utique in gratiam, juva-
men, & stimulum novellorum, & eo-
rum Confessariorum, qui sufficientem
sui Ministerii ideam nondum forma-
runt) novissimè communicavit, non qui-
dem per omnia novem Capita, in quæ
est divisa, ex integro extensam, sed
quoad ea duntaxat, quæ pro genera-
litate Doctrinæ, & universalium quo-
dammodo principiorum eidem ex illius
Capitibus extrahenda videbantur,
junctis aliquibûs exiguis adnotationi-
bûs, & addita ad calcem Oratione, &
Confessariis ante exercitium sui
Ministerii non facilè omit-
tenda.

S. FRANCISCUS SALESIUS.

Charissimi mei Fratres!

Praefatio Epistolae.

Sublime, & excellens valdè est, quod geritis, Officium. Electi estis, & vocati à DEO ad animas tanta cum autoritate judicandas, ut sententiæ, quas profertis in Terra, sint firmatæ, & acceptæ quoque in Cælo. Per os vestrum, velut canalem quendam, descendit vera pax in corda hominum bonæ voluntatis. Vox vestra est mirabilis, ac fortis illa Tuba Josue, ad cujus clangorem dejecta est mystica Civitas Jericho, seu muri iniquitatis, & malitiæ. Ingens proinde honor est, vos ad eam sublevatos esse dignitatem, quæ nec cœlestibus donata est Angelis; cui enim Angelorum dictum est aliquando. *Accipite Spiritum S., cui remisistis peccata, remissa erunt in Cælis?* quod tamen à Salvatore nostro dictum, & promissum fuit Apostolis, in eorûmque persona omnibus, ab eis legitimo ordine descendantibus. Cum igitur ad tam altum, & admirabile vocati, atque segregati sitis Ministerium, convenit utique, imo necessum est, ut omnis vestra cura, ac sollicitudo, sicut & mea attentio, & vigilantia die, ac nocte illi incumbat, nec unquam

quàm ab eo recogitando nostrum divellatur studium. 1. Eum in finem satis multas ab aliquo tempore congeffi notas, quarum aliquas vobis magis, ut sentio proficuas, ut vestræ consulam utilitati, huic Epistolæ inferui.

CAPUT I. EPISTOLÆ.

Pura vita, & munda præprimis vobis conscientia necessaria est. Animus vobis est, aliorum tergere fordes, & peccatorum abluerre maculas: Cavete, ne in vos retorqueatur improperium illud: *Medice! cura te ipsum, dictumque Apostoli: in eo, in quo alium iudicas, condemnas te ipsum.* Dum itaque gravi (quod DEUS avertat) constricti reatu, ad aliorum Confessionem vocamini, aut acceditis excipiendam, subjicite vos ipsos primum huic Sacramento, aut, si Copia defuerit Confessarii, verum, ac perfectum conamini elicere contritionis dolorem.

Excitate, & fovete in animo vestro ardens desiderium procurandæ animarum salutis, earum præsertim, quæ vestris advolventur pedibus, rogantes, & fervidè obsecrantes Divinam Clementiam, ut vobis suâ efficaci Gratia assistere, vestrosque conatus in illarum conversionem, & spirituales profectum benedicere dignetur. 2.

Recordemini, vos mox ad initium Confessionis à miseris Pœnitentibus appellari PATRES.

Præferte verfus illos, & in effectum, paternum cor exhibete, & animum: fufcipite eos cum charitate, debilitatem, tarditatem, fupiditatem, ruficos mores, aliâsque eorum imperfectiones patienter fufinentes, quoadusque melioris frugis fpes affulgeat. Onus Paftorum, ut D. Bernardus fentit, non eft in adiutorium animarum folummodò fortium, quæ fibi ipsis fufficere poffunt, fed quàm maximè debiliū, quas tolerare, & in benignitate fufferre eft neceffe. Prodigus Filius rediit ad Patrem lacer, fordidus, fœtore ex confortio porcorum, quos pafcebat, infectus: nec tamen Pater eum dedignabatur, amplexatus potius eft, osculatus, & ex amoris abundantia lachrymas fudit, quia nempe PATER erat, Patrèsque fingulari animi tene-ritudine in fuos feruntur, & quafi rapiuntur filios. 3.

Peccata funt morbi animæ, & fpiritua-lia quædam vulnera, quæ, ut mederi valeatis, more fagacis Medici difpofitionem, & ftatum pœnitentis maturè perpendite, ut eò fatis intellectò, & cognitò aptum, & conve-nientem cum illo tractandi modum adhibere valeatis. En exempla!

Opprimitur pœnitens nimio rubore, & ve-recundia ex peccatorum fuorum gravitate, ac multitudine: veftrum erit, adjicere illi

animum, & confidentiam, exponendo, vos ipsos quoque non esse Angelos, sed homines illi similes, quibusvis peccatis expositos: nihil singularis esse, aut extraordinarii videre, & audire homines in peccata lapsos: poenitentiam peccatoris honorem illi conciliare incomparabiliter majorem, quàm sit infamia à peccatis injecta: nec DEUM, nec Confessionem ponderare, & æstimare hominem secundum statum, in quo vixit, sed in quo actu reperitur, dum de priori dolet, & ad quem se per poenitentiam reponere meditatur: peccata in Confessione dicta coram DEO, & Confessorio ex integro manere sepulta, nec illam amplius de iis futuram quæstionem, aut memoriam.

Est poenitens audax, & effrons in recensendis peccatis absque aliquo compunctionis indicio, quasi historiam recitans, non humiliter confitens: vestrum erit, illi in memoriam revocare, quod ad hoc Tribunal sacrum venerit, ut cum humilitate, & animi dolore miserum suum statum recognoscens, se ante DEUM offensum prosterneret: hìc loci agi gravissimum suæ æternæ felicitatis negotium: hominem in extremo vitæ nullam ob causam sensibilius affligi posse, quàm ob Confessiones perfunctoriè, aut indebitè durante vita peractas: in Confessione distribui, & applicari pretium infinitum Sanguinis, Passionis, & Mortis Christi Salvatoris nostri. 4.

Animadvertitis pœnitentem timidi, & dejecti esse animi, atque diffidentiâ aliquâ de peccatorem venia laborantem, ponite ob oculos illius maximam DEI complacentiam ex conversione, & pœnitentia magni peccatoris: quò major est iniquitas, & miseria nostra, eò majorem ex illius condonatione DEO accedere gloriam, & honorem: Salvatorem nostrum pro suis etiam Crucifixoribus rogâsse Patrem, quidni ut indicaret, se nobis, etiam si Illum manibûs nostris Cruci affixissemus, propitium, & misericordem esse velle? In oculis DEI tanti valoris, & meriti fore pœnitentiam, ut, quantumcunque exigua, dum tamen vera fuerit, omnis generis peccata oblivioni coram Illo subdat, ita quidem, quòd si damnati, imò ipsi etiam Dæmones genuinum pœnitentiæ actum possent elicere, omnia eorum peccata gauderent remissâ: magnos Sanctos, ut Davidem, Petrum, Matthæum, Magdalenam, aliòsque multos olim magnos fuisse peccatores: Divinæ Bonitati, Passioni, ac Morti Christi majorem non posse irrogari injuriam, quàm diffidere de venia peccatorum quantumcunque gravium: Divina Fide ceu articulum Fidei firmissimè credendam esse remissionem peccatorum vî Sacramenti Pœnitentiæ, hunc in finem à Christo Domino institutam,

Dum pœnitens in eo videtur perplexus, quòd suam pro debito nesciat examinare conscientiam, nec se in enarrandis peccatis, ut oporteret, explicare: securum illum reddite

de vestra assistentia, vósque cum Divino Lamine Cooperaturos, ut fructuosam hoc ex capite, & integram deponat Confessionem. 5.

Super omnia habete discretionem, & compassivam charitatem erga quoslibet, præsertim alterius sexús poenitentes, ut in lubricis peccatis, quæ verecundiam comitem habere solent, illis adjumento esse possitis. Dum aliqui, in similibus se accusantes, minus honestis uterentur verbis, nolite mox ad initium nimis delicati esse, nec signum impatientiæ, aut admirationis edite, sed cum patientia, & absque poenitentis turbatione auscultantes, absoluta jam illius Confessione suaviter, & charitativè monete, ac instruite, ut in futurum in ejusmodi peccatorum recensione adhibeat modum, ac verba, majorem, & decentem spirantia honestatem.

Patientes etiam, & immotas præbete aures, dum aliqui Poenitentes, se in obscenis peccatis accusantes, varias sui excusationes, prætextus inanes, aut inutiles immiscent historias, eritque in fine depositæ jam integræ Confessionis primum locus, poenitentes de iis, quæ ad distinctam peccatorum cognitionem opportuna visa fuerint, ac necessaria, interrogandi, unà etiam instruendi illos, & absque ullo improprio, & commotione animi suaviter exponendi errores, superfluas, & ad rem non pertinentes narrationes, aliasque, quas in sui accusatione commiserunt imperfectiones. 6.

Si advertere licuerit, pœnitentem lascivis peccatis posse, aut esse gravatum, sed suffusum rubore difficultatem sentire in iis edicendis, interrogate illum ab initio de levioribus in hac materia, utrum videlicet cum delectatione, aut libenter auscultaverit quandoque verba, & narrationes inhonestas, & illo affirmante descendite postmodum ad cogitationes, ab his ad desideria, & tandem ad tactus, aliasque actiones, & opera externa. Dum pœnitens ita inductus ad interrogata respondere incipit, suaque detegere scelera, animum illius, ut nihil subdiceat, excitate, ei blandè, & dulci modo exponendo felicitatem, quam assequitur ex deposita bona Confessione; quòd ad eam accesserit, Divinæ Gratiæ opus esse, & effectum, Spiritum S. tetigisse jam, ac movisse cor illius, ne igitur Illius resistat impulsui: Si integrè se accusaverit, tanta fruiturum consolatione, quam cum nullo hujus mundi bono commutare vellet, & quanta putas, erit in hora mortis ex recordatione hujus confessionis? Laudetur DEUS, qui cor tuum, disposuit ad omnia tua delicta clavibus Ecclesiæ subjicienda! Pœnitens procul dubio similibus erectus, vincet verrecundiam, & dulci hoc stimulo animatus, nihil occultando cuncta, quæ eum gravant, candidè aperiet.

Pœnitentem enormibus implicitum sceleribus, ut Magiæ, familiaritatis cum Dæmone, Bestialitatis, homicidii, aliarumque abominatio-

nationum, ob eaque nimis perterritum, ac dejectum, consolamini, quantum vires finunt, roborate, & erigite animum ejus, exponentes infinitatem, & incomprehensibilitatem Divinae Misericordiae, cui major ad parcendum, & salvandum vis inest, quam totius Mundi peccatis, etiam imaginabilibus, ad eum perdendum, ac damnandum. Offerte ei, atque spondete indefessam assistentiam in cunctis pro illius salute occurrentiis. ac necessitatibus. 7.

EXCAP. II.

Si alicujus, profecto Sacramenti Pœnitentiae administratio Majestatem quandam & gravitatem postulat in Confessario, utpote constituto, & DEI vice delegato animarum Judice. Sedebit itaque in Tribunali sacro facie, ac vultu modesto, & gravi, non truci, ac torvo, sed internam dilectionem, ac amabilitatem quandam indicante. Facies illius toto tempore inalterata durabit; nec ullum tœdii, tristitiæ, aut admirationis, vel indignationis præbebit signum, ne alii id advertentes occasionem sumant suspicandi, pœnitentem se de graviore quopiam, aut execrabili accusasse peccatō. Procurabit item, ut facies pœnitentis sit ad unam quidem ejus faciei partem versa, ut tamen eam directè non videat, nec nisi ad latus ejus auriculæ loquatur. 8.

EX CAP. III.

Interrogandus est pœnitens de sui statûs conditione, an sit cœlebs, Ecclesiasticus, Advocatus, Artifex &c. ut pro diversitate statûs, ac vocationis diversò quoque modò cum pœnitentibus procedere, atque interrogationes, dum visum fuerit, formare valeatis.

Notum vobis etiam esse debet, utrùm pœnitens gerat animum sincerum, non solum se de omnibus, & singulis peccatis accusandi, sed unà etiam ex corde detestandi, quæ vitanda sunt, fugiendi, ac quæ pro salute animæ injuncta fuerint, adimplendi. Animadverso defectu huius dispositionis, & propositi, satagite illum ad id movere, exponentes deplorabilem, ac periculosum statum, in quo, nisi sit obsequi paratus, versatur.

EX CAP. IV.

Intollerabilis sanè, & minimè ferendus est abusus pœnitentium illorum, qui de nullo, nisi à Confessario interrogati, se accusant peccato. Instruendi proinde sunt, ut se ipsos primum, quantum possunt pro suo talento, examinent, & accusent, opportunisque subinde interrogationibus, & examine adjuvandi. 9.

Satis non est, se accusare de peccatis in genere, ut sum homicida, latro, impurus homo,

homo, & lascivus, vanitati deditus, aut luxu sui &c. sed descendere oportet ad species, & numerum, sicut etiam cum Davide ad peccata aliena, dum nempe poenitens suo malo exemplo, aut alia via alium ad peccatum induxit, provocavit, ac sollicitavit; in hoc etenim proprie consistit ratio scandalum, & malitia. Verum omnino cavendum, & impossibile, ne persona seducta nominetur, aut indicetur.

EX CAP. V.

Attendite, num poenitens sit dignus absolutione, & aptus ad Gratiā DEI mediante illa recipiendam; nequaquam enim cuicunque absque delectu concedenda est, sed quibusdam neganda, & quidem 1. innodatis majori excommunicatione, dum non adest facultas, sine qua nec ii absolvi possunt, qui sunt rei peccati, à Papa, aut Episcopo reservati. 2. Falsariis, testibus falsis, latronibus, usurariis, detentoribus Bonorum, Jurium, aut honorum alterius, retentoribus priorum Legatorum, eleemosynarum, primitiarum, seu primorum fructuum, Decimarum, iniquis litigatoribus, calumniatoribus, detractoribus, & universaliter quibuscunque injuriam, vel damnum proximo inferentibus, donec illud adæquatè, & quò possunt, modò reparent, aut serio spondeant, se in effectum satisfacturos. 3. Con-

juga-

jugatis in averfione, & diffenfione feperatim viventibus, vel debitum conjugale absque legitima causa renuentibus reddere. Intellige, donec in hac perversa voluntate persistunt.

4. Ecclesiasticis, Beneficium sine justo titulo, aut bina absque dispensatione possidentibus: in loco Beneficii deficiente approbata causa non residentibus: Vestibus Clericalibus, & Ecclesiasticis non utentibus, nisi & hi feriam adpromittant emendationem. 5. Concupinariis, adulteris, ebriosis, non demonstrantibus firmum propositum, suam vitam corrigendi, & occasiones etiam fugiendi, ut adulteri, & concubinarii foeminas, quibus abutuntur, ebriosi hospitia, tabernas, socios, blasphemi lusum &c. Nota hæc de iis duntaxat, quibus est habitus, & consuetudo ejusmodi peccatorum. 6. Contentiosis, qui nutriunt rancores, odia, inimicitias, nisi ex corde ea deponant, sintque ad reconciliationem parati. 10.

EX CAP. VI.

In ordinanda reparatione, & restitutione quantum ad usurarios, temerarios, & dolosos litigatores, aliosque similes, circa quos non exigua se prodit difficultas, exquisita in Confessario desideratur prudentia, quâ dum se non fatis provisum sentit, disponat poenitentem ad moram aliquam, & patientiam temporis, ut campum interim habeat, negotium
pro

pro sua gravitate amplius discutiendi, doctoribus etiam, & magis practicis in consilium vocatis, & aditis, qui tamen nullatenus in notitiam pœnitentis devenient, nisi licentiâ ab illo expressè concessâ; imò nec eâ suppositâ, nisi gravi necessitate id postulante, & nisi sit post Confessionem ab illo data.

EX CAP. VII.

In articulo, & periculo mortis quivis Sacerdos, alioquin etiam non admissus, pollet facultate ab omnibus casibus, & peccatis, nullò ad eorum reservationem habito respectu, absolvendi. 11. Quod verum est, etiam si pœnitens Confessarium petens, interim, ac ille venerit, loquelâ destituatur; propter antecedens namque desiderium absolutè absolvendus venit: imò etiam, dum præviè non petiisset Confessarium, eò tamen coram se visò, aut auditò præbet aliquod desideratæ absolutionis Signum. 12.

EX CAP. VIII.

Pœnitentiam imponat Confessarius verbis consolatoriis, sermone blando, & dulci vocis tono, præsertim pœnitentem videns compunctum, qui interrogandus quoque est, an pœnitentiam, quæ fuerit gravis, lubenti acceptet animo. Videns in eo magnam difficultatem, & animum renitentem, dicet illi faciliorem, regulariter enim consultius est,

charitativo affectu (non tamen blandiendo vitiis) quàm cum asperitate tractare pœnitentem. Ast in ejusmodi casu nequaquam omittat, ob oculos pœnitenti ponere gravitatem peccatorum, quæ durior in se merentur pœnitentiam, ut ita monitus majori cum humilitate, & devotionis fervore levior peragat.

Pœnitentia non fit, velut accervus quidam, ex variis, & diversis sive precibus, sive actionibus composita, uti foret e. g. recitare tria *Pater noster*, aliquem Hymnum, Collectam, Psalmum, Antiphonam: aut tribus diebus elemosynam dare, tribus Veneris diebus jejuna-
re, Missam constituere, quinquies se flagellare; justè namque timendum, ne aliquid pœnitentis excidat memoriæ, & obinde scrupulis, & anxietate torqueatur: tum etiam, ne ad cavendam oblivionem magis ad id, quod, & quoties agere tenetur, cum diminutione devotionis attendat, quàm ad ipsum operis, aut orationis injunctæ exercitium. Salubrius itaque erit pœnitentiam in precibus, & operibus ejusdem generis, nec multum disparatis injungere.

Utile quoque futurum, ad hujusmodi pœnitentias descendere, ut Librum, qui pœnitenti magis proficiuus videtur, attentè legere: per anni spatium singulis Mensibus cōfiteri, inscribi alicui Confraternitati, aliàsque
fimi-

similes, non in vindictam duntaxat peccatorum, sed in futuram quoque tendentes præseruationem, 13.

Consilia porro generaliter sunt pœnitentibus suggerenda inter alia utiliora, ut Sacramenta Pœnitentiæ, & S. Communionis, sicut & Conciones, ac Instructiones sæpè, & diligenter frequentare: eligere bonum ordinarium Confessarium: spiritualium Librorum lectioni incumbere; malam, aut suspectam societatem declinare: sæpè orare, mentemque ad DEUM elevare: conscientiam Vesperis scrutari: quatuor Novissimorum frequenter considerando recordari: devotam Crucifixi, aut aliam Imaginem tenere, ac sæpius oscula in tenero pietatis affectu figere.

EX CAP. IX.

Dum Confessarii securi fueritis, pœnitentem totis visceribus anhelare absolutionem, & peccatorum veniam, eamque præstolare ex meritis Passionis, ac Mortis Christi, ac seriam illius voluntatem esse vivendi in timore DEI, & erga Leges obedientiam, informate illum, sententiam absolutionis, quæ mox proferetur, fore etiam Cælo probandam: Angelos & Sanctos gavisuros de illius ad Gratiâ, & amicitiam DDI reditu velitis, ac conaretur ita in futurum vivere, ut in extremo etiam vitæ suæ de fructu huius

jus Confessionis lætari valeat, cūmque in Sanguine Agni immaculati suam jam laverie conscientiam, sit attentus, ac vigil, ne eam novâ maculâ, ac peccati forde deformem fieri sinat. 14.

Pœnitente eo, aut simili modo disposito, ac præparatō Orationes, absolutionem antecedentes, detecto recitate capite, quod ad verba illa: *Dominus noster JESUS Christus &c.* sit iterum tectum, manūsque dextera Caput pœnitentis versus extensa ad prolationem usque formæ absolutionis.

Respectivè ad illos, qui frequenter hoc Sacramentum accedunt, bene monet Emanuel Sà, intermitti posse preces antecedentes absolutionem, sicut & sequentes, dicendo simpliciter: *Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii &c.* Imo in majori pœnitentium confluxu, ad lucrum temporis satis erit absolutionem ab illis verbis incipere: *Dominus noster JESUS Christus te absolvat, &* progredi usque ad invocationem SS. Trinitatis. *In nomine Patris, & Filii &c.*

Hucusque S. Franciscus Salesius in sua Epistola.

O R A T I O

A

S. CAROLO BORROMÆO

Confessariis præscripta ante accessum
ad Tribunal Sacramentale.

Domine DEUS omnipotens! propitius esto
mihi peccatori, ut dignè possim gra-
tias agere Tibi, qui me indignum propter
tuam magnam misericordiam ministrum fe-
cisti Officii Sacerdotalis, & me exiguum me-
diatorem constituisti ad orandum, & inter-
cedendum ad Dominum nostrum JESUM
Christum Filium tuum pro peccatoribus, &
ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque
Dominator Dominus, qui omnes homines
vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis
venire, qui non vis mortem peccatorum, sed
ut convertantur, & vivant; suscipe oratio-
nem meam, quam fando pro famulis tuis,
qui ad pœnitentiam veniunt, ut des illis
spiritum compunctionis, & resipiscant à Dia-
boli laqueis, quibus adstricti tenentur, &
ad Te per dignam satisfactionem revertan-
tur. Per eundem Dominum nostrum &c.

Valdè utile, ac proficuum erit, si Con-
fessarii pro ipsis quoque preces ad DEUM
fuderint, cum affectu Versus aliquos ex Psal-
mo 50. recitando: *Cor mundum crea in me
DEUS &c. Ne projicias me à facie tua &c.
Redde mihi latitiam salutaris tui &c.* Do-

cebo

*cebo iniquos vias tuas &c. Libera me de sanctis
guinibus &c.* Contemnit enim Ministerium
Sacramentale, aut ignorat Sanctitatem, &
gravitatem illius, qui omni nisu non conatur,
ardentibus precibus, ac suspiriis sibi, & poe-
nitentibus DEI exorare Gratiam, & adjuto-
rium, ad illius administrationem, & fructuo-
sum exercitium absolute necessarium. Do-
lendum sane foret, si Confessarii, qui, ut alii
homines in aliis suis necessitatibus ad DEUM
pie confugiunt, in gravissimo hoc negotio
DEI opem ferventer implorare negligerent.

Laudetur JESUS, & MARIA.

1. (*Additio.*) Quæ attentè, & frequenter non
expenduntur, animum movere non solent,
atque ideo, nisi Confessarius sanctitatis, ac
dignitatis sui Officii ideam menti non im-
presserit, sicut & obligationem suam, in-
ternum vix aliquem stimulum sentiet, illud,
prout Christus, & salus Pœnitentium ex-
poscit, obeundi. Hæc una præ reliquis est
causa, quòd Judicium Sacramentale non
rarò tam languide procedat.

2. (*Additio.*) Orationem, Confessariis præ-
scriptam, & antiquitus in Ecclesia usitatam,
vide in fine. Scientia, & prudentia Con-
fessarii, Zelus, patientia, & fortitudo illius
sicut & dolor, conversio, & emendatio
Pœnitentium sunt Gratiae, & Dona DEI,

quem proinde intuitu horum fervidè implorare oportet. Sanctè ille aget Confessarius, qui in suis Missæ Sacrificiis Ministerium suum, ac Pœnitentes, se accedentes, aut aliquando accessurus, DEO commendabit.

3. (*Additio.*) Ut Confessarius hæc, & sequentia in profectum Pœnitentis agat, & suggerat, patientiâ, & Charitate opus est. Sed quam habet ille, qui cum murmure, & indignatione accedit sedem Confessionis? Innatum est Mortalibus id, quod honorificum est, libenter agere; nulla autem honorificentior est actio, quàm Christi vices supplere: deploranda proinde cæcitas eorum, qui renitenti, & commotô animô confessionale accedunt.
4. (*Additio.*) Erga ejusmodi, & obstinatos Pœnitentes Zelus utique necessarius est, verum nequaquam à dominante passione naturæ, sed à ratione, & spiritu Christi procedens, qui semper mitis est, & lenitati conjunctus. Confessarii sunt quidem Judices, sed unâ quoque Patres.
5. (*Additio.*) Quam assistentiam Confessarii sibi pollicebitur Pœnitens, qui illius indignabundum, & valde commotum adverterit animum?
6. (*Additio.*) Turbat mentem impatientia, confunditque reflexionem, ac memoriam: timeat igitur Confessarius, ne animum illi exponens, obliviscatur eorum, quæ juxta

hoc, & præcedens monitum emendanda in Pœnitente viderit, atque corrigenda.

7. (*Additio.*) Perpendat Confessarius, ob fragilem, & perversam naturam, quam cum reliquis habet communem, se quoque, nisi Divinâ sustentaretur Gratiâ, in ejusmodi peccata labi posse. Nolit itaque ea audiens turbari, minus excandescere. Laudet magis DEI erga se Misericordiam, & suo compatiatur Pœnitenti.
8. (*Additio.*) Caveat Confessarius, ne simile signum edens, Sacramentale Sigillum indirectè violet, aut in aliis erga se diffidentiam generet, qua stante qualis fructus sperandus erit?
9. (*Additio.*) Sciant Concionatores, sui etiam Officii esse, in hoc merito adjuvare Confessarios, sæpius è Cathedra rudioribus exponere modum examinandi conscientiam, ac obligationem, quam habent, sua peccata absque prævia semper interrogatione recensendi; id enim pars est Catechesis, ad quam tenentur.
10. (*Additio.*) De constitutis in occasione proxima, licet non sint concubinariî, eodem modo sentiendum. Quid cum illis agendum, qui sunt sine exteriori occasione recidivi, consule DD. Dilatio, aut denegatio absolutionis non fiat, nisi verbis lenibus, charitativis, & teneram commiserationem spirantibus, ut videat Pœnitens, Confessarium nullo sinistro affectu ferri, sed

sed hoc, quàmvis durò remediò emendationem solum ejus intendere, nec absolutionem negare. nisi suò officiò, & statu Pœnitentis id exposcente.

11. (*Additio.*) Attendenda venit Constitutio Benedicti XIV. nullam etiam in articulo mortis Confessionem Complicis declarans, nisi omni alio deficiente, qui eum exaudire posset.

12. (*Additio.*) Hic nihil dicitur de illo, qui nec Confessarium petiit, nec signum doloris, aut desiderii absolutionis dare valet: inde nihilominus nequaquàm deducendum, eam nec sub conditione esse dandam.

13. (*Additio.*) In priori Opusculo visum fuit, suasu, & Consilio celebris Missionarii P. Leonardi à Portu Mauritio etiam Sanctum exercitium Viæ Crucis pœnitentiæ locò imponi posse.

14. (*Additio.*) Saluberrimum, & quandoque necessarium est Consilium, rudioribus, & minùs calentibus hanc explicationem, & instructionem absolutioni præmittere, ut debitâ efficaciam, & dignitatis ejus formatâ ideâ, majori cum devotione, ac ferventiori desiderio se ad susceptionem ejus parare valeant, ac contentur.

FINIS



